




ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΗΣ

ΠΕΡΙ

ΦΙΛΙΑΣ.

ARISTOTELIS

ETHICORUM NICOMACHEORUM

LIBER OCTAVUS ET NONUS.

EDIDIT

ATQUE INTERPRETATUS EST

ADOLPHUS THEODORUS HERMANNUS FRITZSCHIUS

IOANNIS DOROTHEI F.

GISSAE

SUMPTIBUS LIBRARIAE ACADEMICAE FERBERIANAE

ABM. ROTHII.

LONDINI WILLIAMS ET NORGATE. | AMSTELODAMI I. MUELLER. | PARISIIS FR. KLINCKSIECK.

MDCCCXLVII.

ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΗΣ

ΠΕΡΙ

ΦΙΛΙΑΣ.

ARISTOTELIS

ETHICORUM NICOMACHEORUM

LIBER OCTAVUS ET NONUS.

EDIDIT

ATQUE INTERPRETATUS EST

ADOLPHUS THEODORUS HERMANNUS FRITZSCHIUS

IOANNIS DOROTHEI F.


GISSAE

SUMPTIBUS LIBRARIAE ACADEMICAE FERBERIANAE

ABR. ROTHII.

LONDINI WILLIAMS ET NORGATE. AMSTELODAMI I. MUELLER. PARISIIS FR. KLINCKSIECK.

MDCCCXLVII.



ADOLPHUS THEODORUS HERMANNUS FRITZSCHIUS

IOANNI DOROTHEO FRITZSCHIO

PATRI

CHRISTIANO FRIDERICO FRITZSCHIO

PATRUO

S. P. D.

Ἐὰν ταῖς γλώσσαις τῶν ἀνθρώπων λαλῶ καὶ τῶν ἀγγέλων, ἀγάπην δὲ μὴ ἔχω, γέγονα χαλκὸς ἠχῶν ἢ κύμβαλον ἀλαλάζον.

Amoris amicitiaeque commentarios, publica gratae mentis documenta, ad quos ego mittam potius, quam ad vos, viri optimi, gratus ad meritos, amans ad amantes? Nam ea, quae teneo, vobis debeo: quorum illud est gravissimum, quod quum omni tempore, tum insigniter hoc luctuosissimo Decembri admirabili animorum firmitudine probavistis, ut scilicet arcem

nulli casui expugnabilem credam esse pietatem. Vestro adductus exemplo hoc meum feci, quod ait M. Tullius, non posse nos munus rei publicae afferre maius meliusve, quam si doceamus atque erudiamus iuventutem. Itaque iuvenibus litterarum studiosis hoc Aristoteleo libello edendo operam meam imprimis dicatam esse volui: quorum ad usus aptissimum esse hoc Ethicorum de amicitia caput, quum dudum Ad. Stahrius monuerit, vir elegantissimi iudicii, tum ego ipse in scholis expertus sum. Neque enim illud mihi obiicietis, quod nuper quidam praedicavit, non esse iuvenum tractare Aristotelea, sed virorum. An vero philosophia ea, quae recte vitae magistra vocatur, subacti, non subigendi est ingenii, Socratemque, consummatum philosophi exemplum, cum iuvenibus de rebus gravissimis philosophatum esse nescimus? Deinde, qui horum librorum lectione cum Aristotele familiaritatem

aliquam contraxerit, is, mihi credite, Logicorum etiam et Physicorum subtilitates, a quibus multi etiamnunc abhorrent, facilius assequetur.

In ipsa horum librorum interpretatione quamquam res eas, quae explicandae esse viderentur, non neglexi, maxime tamen sermonis rationem habendam esse statui, propterea quod ii, qui linguae graecae thesauros condiderunt, Aristotelis paene obliti sunt. In grammaticis si nimius fuisse videar, iuvenibus me scripsisse mementote. Sin vero vos et alios doctos homines legisse libellum non poenituerit, maiora me, quam quae speraveram, assecutum esse profitebor.

Haec hactenus. Quod reliquum est, oro patrem coelestem, ut vos, deliciae nostrae unicae, diu salvi inter salvos vestros versemini aetasque vestra ingravescens in vestrorum conquiescat amore. Valete.

D. D. IV. Adv. MDCCCXLVI. Gissa.

ARISTOTELIS

ETHICORUM NICOMACHEORUM

LIBER VIII ET IX.

ARISTOTELIS
ETHICORUM NICOMACHEORUM
LIBER VIII.

Cap. I. Μετὰ δὲ ταῦτα περὶ φιλίας ἕποιτ' ἂν διελθεῖν· ἔστι γὰρ ἀρετή τις ἢ μετ' ἀρετῆς· ἔτι δ' ἀναγκαιότατον

Cap. I, 1—5. ARGUMENTUM. *De amicitiâ cur virtutis magistro disputandum sit, declarat auctor argumentis et ab honestate* (§. 1 et §. 5) *et a necessitate rei petitis. Nam virtus quaedam aut certe non sine virtute videtur esse amicitia. Praeterea necessaria est hominibus, quum delectet rebus secundis* (§. 1), *levet adversis, ad aetatem apta sit omnem* (§. 2), *naturâ ipsâ videatur provocari* (§. 3), *civitatem contineat* (§. 4).

ἕποιτ' ἂν διελθεῖν· *sequitur ut dicamus* : cf. Eth. N. III, 2, 1 ed. Zellianae, cuius capitum rationem in Ethicis Nic. laudandis sequimur, περὶ προαιρέσεως ἕπεται διελθεῖν. X, 1, 1 : μετὰ δὲ ταῦτα περὶ ἡδονῆς ἕπεται διελθεῖν. Top. I, 2, p. 101, a, 25, ed. Bekkerianae, quam exceptis Ethicis Nic. ubique laudamus, ἑπόμενον ἂν εἴη εἰπεῖν.

ἀρετή τις ἢ μετ' ἀρετῆς. Propter sententiae ambiguitatem haec videntur esse monenda. Virtus est ex mente Aristotelis iusta inter duo diversa vitia mediocritas (Eth. N. II, 6, 13—15; cf. Hor. Epist. I, 18, 9 : »virtus est medium vitiorum et utrimque reductum«). Inde in Eth. Eud. II, 3. p. 1221, a, 7 et M. M. I, 32. p. 1193, a, 20 *amicitia* (φιλία) *virtus* ea dicitur, quae sit *mediocritas inter odii* (ἔχθρας, ἀπεχθείας) et *assentationis* (κολακείας) *vitia*. Similiter ipse Aristoteles Eth. N. II, 7, 13 amicitiam virtutem appellat hanc, quae inter blanditiam (ἀρεσκείαν) assentationemque (κολακείαν) atque inter morositatem et acerbitatem (quae sunt vitia τοῦ δυσέριδος καὶ δυσκόλου) stet media. Sed cautior idem Eth. N. IV, 6, 2 virtuti huic, quae medium inter blanditiam et morositatem importunitatemque teneat locum, nomen esse negat, similitudinem tantum maximam cum

εἰς τὸν βίον· ἄνευ γὰρ φίλων οὐδεὶς ἕλοιτ' ἂν ζῆν, ἔχων τὰ λοιπὰ ἀγαθὰ πάντα· καὶ γὰρ πλουτοῦσι καὶ ἀρχὰς καὶ δυναστείας κεκτημένοις δοκεῖ φίλων μάλιστ' εἶναι χρεία· τί γὰρ ὄφελος τῆς τοιαύτης εὐετηρίας, ἀφαιρεθείσης εὐεργεσίας, ἣ γίγνεται μάλιστα καὶ ἐπαινετωτάτη πρὸς φίλους;

amicitiâ intercedere contendit : ὄνομα δὲ οὐκ ἀποδίδοται αὐτῇ τι, ἔοικε δὲ μάλιστα φιλίᾳ· τοιοῦτος γάρ ἐστιν ὁ κατὰ τὴν μέσην ἕξιν, οἷον βουλόμεθα λέγειν τὸν ἐπιεικῆ φίλον, τὸ στέργειν προσλαβόντα. διαφέρει δὲ τῆς φιλίας ὅτι ἄνευ πάθους ἐστὶ καὶ τοῦ στέργειν οἷς ὁμιλεῖ. cf. VIII, 5, 5 — VIII, 8, 4. VIII, 7, 2. Quare num sit reverâ virtus amicitia in incerto relicto ἡ μετ' ἀρετῆς subiicit auctor : quo de genere loquendi videsis VIII, 3, 6 quae dicentur. Nam *sine virtute amicitia esse nullo pacto potest*, ut ait Cic. Lael. VI, 20, et sola virorum bonorum necessitudo hoc tam angusto amicitiae nomine digna est: cf. VIII, 3, 6.

ἀναγκαιότατον· de neutro genere ad nomen femininum φιλία relato cf. Matth. gr. gr. §. 437; Rost. §. 100, 4, c; Kuehner. §. 421, et, ne nube exemplorum Aristoteleorum (neque enim sunt tot milia formosarum, quot huius generis exempla) te, lector, obruam, huius capitis §. 3 : οἰκεῖον ἄνθρωπος ἀνθρώπῳ καὶ φίλον. §. 5 : ἀναγκαῖον (ἡ φιλία) — καλόν: capitis XIII, §. 6 : φιλικὸν τὴν ἀναβολὴν ἔχει : alia ex Aristotelis scriptis exempla Zell. ad Eth. N. I, 5, 5; Waitz. ad Categ. 4, b, 4 (p. 292); Ideler. ad Meteor. I, p. 655 collegerunt. De re contende M. M. II, 11, p. 1208, b, 6.

ἕλοιτο ζῆν· cf. IX, 9, 3.

πλουτοῦσι κτλ. cf. VIII, 6, 5; IX, 11, 1. Cic. Lael. VI, 22 : quis esset fructus in prosperis rebus, nisi haberes, qui illis aeque ac tu ipse gauderet ? Ibid. XXIIJ, 86 : de amicitiâ omnes idem sentiunt, et ii, qui ad rem publicam se contulerunt, et ii, qui rerum cognitione doctrinâque delectantur, et ii, qui suum negotium gerunt otiosi —, sine amicitiâ vitam esse nullam. Proxima verba καὶ δυναστείας omissa esse in cod. K[b] monere, quam verba ipsa delere malui.

τί γὰρ ὄφελος τῆς τοιαύτης εὐετηρίας. De verbis τί ὄφελος infra VIII, 14, 1 dicendi erit locus. Εὐετηρία hoc est : copia rei familiaris: cf. Eth. N. I, 8, 6 ἡ ἐκτὸς εὐετηρία et I, 8, 17 εὐημερία. τοιαύτης, *talem* autem dicit Aristoteles, qualis sit hominum divitum et praepotentium rerum omnium abundantia. Cic. Lael. XV, 52 : »nam quis est, pro deûm atque hominum fidem! qui velit, ut neque diligat quemquam nec ipse ab ullo diligatur, circumfluere omnibus copiis atque in omnium rerum abundantiâ vivere ?«

ἀφαιρεθείσης εὐεργεσίας· cf. IX, 9, 2. De adverbio μάλιστα vide quae infra VIII, 6, 1 disputabimus.

ἢ πῶς ἂν τηρηθείη καὶ σώζοιτ' ἄνευ φίλων; ὅσῳ γὰρ πλείων, τοσούτῳ ἐπισφαλεστέρα. 2. ἐν πενίᾳ τε καὶ ταῖς λοιπαῖς δυστυχίαις μόνην οἴονται καταφυγὴν εἶναι τοὺς φίλους. καὶ νέοις δὲ πρὸς τὸ ἀναμάρτητον καὶ πρεσβυ-

τηρηθείη· res lauta et copiosa (ἡ εὐετηρία) enunciati subiectum est, non ὁ εὐδαίμων, ut arbitratur Paraphr.

ὅσῳ γὰρ πλείων· Cic. parad. VI, III. 49, a Giphanio ad partes vocatus: cuius possessio quo est maior, eo plus requirit ad se tuendam.

§. 2. ἐν πενίᾳ τε. Recte Bekkerus, probante et Krischio in eph. Jen. Littztg. 1835, No. 229, p. 400, suorum auctoritate codicum pro δέ restituit τε particulam, de quâ contende IX, 4, 9. Prov. XVII, 17 εἰς πάντα καιρὸν φίλος ὑπαρχέτω σοι, ἀδελφοὶ δὲ ἐν ἀνάγκαις χρήσιμοι ἔστωσαν. LXX.— Cic. Lael. VI, 22: Adversas res ferre difficile esset sine eo, qui illas gravius etiam, quam tu, ferret. — Nam et secundas res splendidiores facit amicitia, et adversas partiens communicansque leviores.

καὶ ταῖς λοιπαῖς δυστυχ. Ne paupertatem malorum in numero haberi ab Aristotele mireris, recordare sententiam philosophi, quâ quum animi virtute beatum aestimandum esse statuat (Eth. N. I, 7, 15), externis eum tamen bonis, tanquam industriae subsidiis atque instrumentis virtutis, carere negat posse: Eth. N. I, 8, 15; X, 8, 9. cf. et Rhet. I, 5, p. 1360, b, 18.

καὶ νέοις δέ· de particulis καὶ — δέ vide VIII, 4, 3 quae monebuntur. Cum verbo βοηθεῖ copulata πρός praepositio, casu quarto rei ad quam quid facit et confert addito, sicut e. gr. Metaph. XII, 5, p. 1079, b, 16: quemadmodum dicitur ἀγαθόν ἐστι πρός τι, Eth. N. X, 1, 2; M. M. I, 18, p. 1190, a, 5, vel ὠφελεῖσθαι πρός τι, Eth. N. I, 6, 16: et ἰσχύει οὐδὲν πρός τι, Eth. N. II, 4, 3: et χρήσιμόν ἐστι πρός τι, Top. I, 2, p. 101, a, 25—36. Rhet. II, 1, p. 1377, b, 18. Cf. Kuehner. gr. gr. §. 616, III; Krueger. I, II, p. 302. Similis est usus praepositionis εἰς in talibus: Eth. N. IX, 3, 3 βοηθεῖν εἰς τὸ ἦθος, succurrere ad mores emendandos: IX, 2, 8 ἐπαρκεῖν εἰς τροφήν, ad victum suppeditandum esse auxilio: VIII, 14, 3 ὠφελεῖσθαι εἰς χρήματα: VIII, 6, 5 χρήσιμος εἰς τὰ καλά: IX, 11, 6 εἰς ταῦτα χρεία φίλων: cf. Matth. gr. gr. §. 578, e; Kuehner. §. 603, 3; Krueger. I, II, p. 293; Winer. gr. N. T. ed. V, p. 473. Βοηθεῖ autem pro vulgato βοηθείας recte Bekkerus restituit. Cic. Lael. XXIII, 87: serpit, nescio quomodo, per omnium vitas amicitia, nec ullam aetatis degendae rationem patitur esse expertem sui.

πρὸς τὸ ἀναμάρτητον· ad peccatorum immunitatem utilis est amicitia: ne quid in se turpe committant, impedit: nam adiectivum, articuli temperamento adscito, substantivi fungitur dignitate: cf. Matth. gr. gr. §. 269; Kuehner. §. 474, a. γ. et huius libri exempla praeter insequens τὸ ἐλλεῖπον τῆς πράξεως, VIII, 8, 5 τὸ βέβαιον, stabilitas, VIII, 12, 4 τὸ σύντροφον, educationis communitas, IX, 2, 2 τὸ καλόν, honestas, τὸ ἀναγκαῖον, neces-

τέροις πρὸς θεραπείαν καὶ τὸ ἐλλεῖπον τῆς πράξεως δι' ἀσθένειαν βοηθεῖ, τοῖς τ' ἐν ἀκμῇ πρὸς τὰς καλὰς πράξεις·

Σύν τε δύ' ἐρχομένω·

καὶ γὰρ νοῆσαι καὶ πρᾶξαι δυνατώτεροι.

3. Φύσει τ' ἐνυπάρχειν ἔοικε πρὸς τὸ γεγεννημένον τῷ

sitas, IX, 8, 2 τὸ πιστόν, probabilitas. Plut. de def. or. XVI τὸ ἀπαθὲς καὶ ἀναμάρτητον. Cic. Lael. XIII, 44 : plurimum in amicitiâ amicorum bene suadentium valeat auctoritas.

τὸ ἐλλεῖπον τῆς πράξεως· rerum gerendarum, quibus seniles vires non sufficiunt, adiutrix et administra amicitia est. Xen. Mem. II, 4, 6 ὁ ἀγαθὸς φίλος ἑαυτὸν τάττει πρὸς πᾶν τὸ ἐλλεῖπον τῷ φίλῳ καὶ τῆς τῶν ἰδίων κατασκευῆς καὶ τῶν κοινῶν πράξεων. Cf. et Thuc. VI, 69.

πρὸς τὰς καλὰς πράξεις· compara infra IX, 9, 1; IX, 12, 3 quae philosophus disputat.

σύν τε δύ' ἐρχ. Il. X, 224 Diomedes in castra Troiana speculatum profecturus quum comitem itineris sibi roget, illa dicit :

σύν τε δύ' ἐρχομένω, καί τε πρὸ ὁ τοῦ ἐνόησεν,
ὅπως κέρδος ἔῃ· μοῦνος δ' εἴπερ τε νοήσῃ,
ἀλλά τέ οἱ βράσσων τε νόος, λεπτὴ δέ τε μῆτις.

Casum rectum δύο ἐρχομένω Matth. explanat gr. gr. §. 562, 1, not. 1, εἴπερ τε verba idem vir longe meritissimus, cuius pie recolamus memoriam, §. 626 extr. Iisdem quibus Aristoteles verbis tanquam trito vetustate proverbio utuntur Plat. Alc. II, p. 140, a.; Prot. p. 348, c; Cic. ep. ad fam. IX, 7, 1, ad Att. IX, 6, 4. Ceterum cf. Zellium ad Eth. N. I, 8, 1 et VI, 8, 4.

νοῆσαι — δυνατώτεροι. De modo infinitivo cf. Matth. gr. gr. §. 533, Kuehner. §. 639; Rost. §. 125, 6; Eth. N. VIII, 6, 5. Sententiae confer Eth. N. I, 8, 15; III, 3, 13. Cic. Lael. XXII, 83 : virtutum amicitia adiutrix a naturâ data est, non vitiorum comes, ut, quoniam solitaria non posset virtus ad ea, quae summa sunt, pervenire, coniuncta et consociata cum alterâ perveniret. Quae si quos inter societas aut est aut fuit aut futura est, eorum est habendus ad summum naturae bonum optimus beatissimusque comitatus.

§. 3. φύσει κτλ. Cic. ad Att. VII, 2, 4 : filiolâ tuâ te delectari laetor, et probari tibi, φυσικὴν esse τὴν πρὸς τὰ τέκνα : etenim si haec non est, nulla potest homini esse ad hominem naturae adiunctio. Cf. de fin. V, 23; off. I, 4. 11; Lael. V, 19 : cum propinquis amicitiam natura ipsa peperit. Ar. Pol. I, 2, p. 1252, a, 28; Eth. N. VIII, 12, 7.

πρὸς τὸ γεγεννημένον. De neutro genere cf. VIII, 12, 2 τὰ γεννηθέντα, de An. Gen. IV, 1, p. 766, b, 10 διὸ καὶ ἔοικε τὸ γεννώμενον τῷ γεννήσαντι, locum Polit. infra ad VIII, 10, 4 (ἡ μὲν πατρός) exscribendum extremum, itemque VIII, 8, 3 τὰ ἑαυτῶν.

γεννήσαντι [καὶ πρὸς τὸ γεννῆσαν τῷ γεννηθέντι], οὐ μόνον ἐν ἀνθρώποις, ἀλλὰ καὶ ἐν ὄρνισι καὶ τοῖς πλείστοις τῶν ζώων, καὶ τοῖς ὁμοεθνέσι πρὸς ἄλληλα, καὶ μάλιστα τοῖς ἀνθρώποις, ὅθεν τοὺς φιλανθρώπους ἐπαινοῦμεν. ἴδοι δ' ἄν τις καὶ ἐν ταῖς πλάναις ὡς οἰκεῖον ἅπας ἄνθρωπος ἀνθρώπῳ καὶ φίλον.

καὶ πρὸς τὸ γεννῆσαν τῷ γεννηθέντι. His quidem verbis, non scriptis in codd. Lb Mb Ob, fortasse ne in aliis quidem subsidiis Wilk. et Zell., non lectis a Paraphrastâ nec ab Interprete vetere, nec ab Argyropulo, ut spuriis cum Casaubono aliisque hominibus doctis funus esse ducendum iudico: cf., ne multa, VIII, 8, 3; VIII, 12, 2.

τοῖς πλείστοις τῶν ζώων. Eth. Eud. VII, 1, p. 1235, a, 33 *φαίνεται καὶ ἐν τοῖς θηρίοις ἐνοῦσα φιλία· προαποθνήσκειν γοῦν αἱροῦνται τῶν τέκνων.* Ne ἐν praepositionem ante verba *τοῖς πλείστοις* a Bekkero, optimis subsidiis addicentibus, praetermissam desideres, vide Matth. gr. gr. §. 595, 4; Krueger. I, II, p. 284, 9; Kuehner. §. 625, imprimis Winer. gr. N. T. p. 499, et de exemplis Aristoteleis Zell. ad Eth. N. X, 4, 5; Ideler. ad Meteor. I, p. 351, quibus ex nostris libris haec addo: huius cap. §. 4 *ἢ (περὶ) τὴν δικαιοσύνην.* VIII, 6, 7 *καὶ (δι') ἀνομοιότητα.* VIII, 9, 5 *ἤ (πρός) τι τοιοῦτον.* IX, 3, 3 *ἢ (εἰς) τὴν οὐσίαν.* Nec aliter Eth. N. III, 8, 3 p. 1116, a, 28 *δι' αἰδῶ καὶ (διά* om. codd. Nb Ob) *καλοῦ ὄρεξιν.* V, 2, 9 p. 1130, b, 17 *περὶ τῆς ἐν μέρει δικαιοσύνης καὶ (περί* om. Ob) *τῆς ἐν μέρει ἀδικίας.*

τοῖς ὁμοεθνέσι· *eiusdem generis animalibus:* cf. Rhet. I, 11, p. 1371, b, 12 *ἐπεὶ τὸ κατὰ φύσιν ἡδύ, τὰ συγγενῆ δὲ κατὰ φύσιν ἀλλήλοις ἐστίν, πάντα τὰ συγγενῆ καὶ ὅμοια ἡδέα ὡς ἐπὶ τὸ πολύ, οἷον ἄνθρωπος ἀνθρώπῳ, καὶ ἵππος ἵππῳ, καὶ νέος νέῳ.* Eth. Eud. VII, 5, p. 1239, b, 19 *διὸ καὶ φασί. καὶ ἕξεις καὶ συνημερεύσεις τοῖς ὁμογενέσιν ἥδισται ἀλλήλοις, καὶ τοῖς ἄλλοις ζώοις.* Cic. Lael. XXI, 81 quod si hoc apparet in bestiis, volucribus, nantibus, agrestibus, cicuribus, feris, primum ut se ipsae diligant —, deinde ut requirant atque appetant, *ad quas se applicent eiusdem generis animantes* —: quanto id magis in homine fit naturâ, qui — alterum anquirit, cuius animum ita cum suo misceat, ut efficiat paene unum ex duobus? Theocr. IX, 31 *τέττιξ μὲν τέττιγι φίλος, μύρμακι δὲ μύρμαξ, ἵρηκες δ' ἵρηξιν· ἐμὶν δ' ἁ Μῶσα καὶ ᾠδά.*

ὅθεν τοὺς φιλανθρώπους ἐπαινοῦμεν· *ὡς ἀνθρώπινόν τι ποιοῦντας.* Paraphr. Cf. §. 5.

ἐν ταῖς πλάναις· *οἵ τε γὰρ ἐπὶ τῆς χώρας μένοντες σὺν ἡδονῇ τὸν πλανώμενον ὑποδέχονται καὶ θεραπεύουσι (καὶ μὴ ἐπισταμένοις τὰς ὁδοὺς μηνύουσι....* Schol.), *ὅ τε πλανώμενος, εἰ συντύχοι μόνον ἀνθρώποις, μάλιστα χαίρει.* Paraphr.

οἰκεῖος· *coniunctus, benevolus, propitius:* vide Papii thes. gr. ling.

4. Ἔοικε δὲ καὶ τὰς πόλεις συνέχειν ἡ φιλία, καὶ οἱ νομοθέται μᾶλλον περὶ αὐτὴν σπουδάζειν ἢ τὴν δικαιοσύνην· ἡ γὰρ ὁμόνοια ὅμοιόν τι τῇ φιλίᾳ ἔοικεν εἶναι· ταύτης δὲ μάλιστ' ἐφίενται καὶ τὴν στάσιν, ἔχθραν οὖσαν, μάλιστα ἐξελαύνουσιν. καὶ φίλων μὲν ὄντων, οὐδὲν δεῖ δικαιοσύνης, δίκαιοι δ' ὄντες προσδέονται φιλίας, καὶ τῶν δικαίων τὸ μάλιστα φιλικὸν εἶναι δοκεῖ.

οἰκεῖος et nostrae disputationis VIII, 12, 2 τὸ ἐξ αὐτοῦ οἰκεῖον τῷ ἀφ' οὗ comparato verbo συνοικειόω VIII, 12, 2, et opposito ἀλλότριος VIII, 12, 4. Inde IX, 10, 6 οἰκείως ἐντυγχάνειν τινί, benigne et comiter appellare aliquem. Pro voc. ἅπας in cod. K[b] est πᾶς ut aliquoties, ubi Bekkeri, viri de Aristotelis scriptis meritissimi, secutus sum auctoritatem.

§. 4. ἔοικε δὲ κτλ. Polit. II, 4, p. 1262, b, 7 φιλίαν οἰόμεθα μέγιστον εἶναι τῶν ἀγαθῶν ταῖς πόλεσιν· οὕτω γὰρ ἂν ἥκιστα στασιάζοιεν. Adde Eth. Eud. VII, 1, p. 1234, b, 22 et Cic. Lael. VII, 23 quod si exemeris ex rerum naturâ benevolentiae coniunctionem, nec domus ulla nec urbs stare poterit : ne agri quidem cultus permanebit.

καὶ οἱ νομοθέται· verbum repetendum ἐοίκασι : vide VIII, 7, 2 : de re contende Eth. N. II, 1, 5.

ἡ γὰρ ὁμόνοια· cf. infra IX, 6. Plat. Alc. I, p. 126, c; p. 127, b; Clit. p. 409, e τὴν δὲ ὄντως καὶ ἀληθῶς φιλίαν εἶναι σαφέστατα ὁμόνοιαν. Xen. Mem. IV, 4, 16 ἀλλὰ μὴν ὁμόνοιά γε μέγιστον ἀγαθὸν δοκεῖ ταῖς πόλεσιν εἶναι. Cic. Rep. II, XLII, 69 quae harmonia a musicis dicitur in cantu, ea est in civitate *concordia*, artissimum atque optimum in omni re publicâ vinculum incolumitatis : eaque sine iustitiâ nullo pacto esse potest.

ἔχθραν· nomen substantivum Bekkerum secutus pro ἐχθράν adiectivo tenui; nam notiones hoc loco notionibus, res appetendae rebus declinandis opponuntur : cf. Eth. Eud. II, 3, p. 1221, a, 7; Rhet. II, 4, p. 1381, b, 37; Plat. Rep. I, p. 352, a. Nec alienum videtur ab instituto nostro Ciceronis verba de Lael. VII, 23 subiungere : id si minus intelligatur, quanta vis amicitiae concordiaeque sit, ex dissensionibus atque discordiis percipi potest. Quae enim domus tam stabilis, quae tam firma civitas est, quae non odiis atque dissidiis funditus possit everti?

οὐδὲν δεῖ δικαιοσύνης. Eth. Eud. VII, 1, p. 1234, b, 22 τῆς πολιτικῆς ἔργον εἶναι δοκεῖ ποιῆσαι φιλίαν, καὶ τὴν ἀρετὴν διὰ τοῦτό φασιν εἶναι χρήσιμον· οὐ γὰρ ἐνδέχεται φίλους ἑαυτοῖς εἶναι τοὺς ἀδικουμένους ὑπ' ἀλλήλων.

προσδέονται φιλίας· iusti ad virtutem et diligentiam aliis praestandam parati, non magis ut quae ad ipsorum commodum pertineant ab aliis in ipsos proficiscantur, quam ut habeant, de quibus bene mereantur, amicis indigent : cf. IX, 9, 2 coll. Eth. N. V, 1, 17.

τῶν δικαίων τὸ μάλιστα· *ex iure quod maxime ius est.* Equidem

5. Οὐ μόνον δ' ἀναγκαῖόν ἐστιν, ἀλλὰ καὶ καλόν· τοὺς γὰρ φιλοφίλους ἐπαινοῦμεν, ἥ τε πολυφιλία δοκεῖ τῶν καλῶν ἕν τι εἶναι, καὶ ἔνιοι τοὺς αὐτοὺς οἴονται ἄνδρας ἀγαθοὺς εἶναι καὶ φίλους.

Coraem secutus intelligi credo *aequitatem*, τὸ ἐπιεικές, de quâ Eth. N. V, 10, 2 ita scriptum reliquit Stagirites: τὸ ἐπιεικὲς δικαίου τινὸς ὂν βέλτιόν ἐστι δίκαιον, καὶ οὐχ ὡς ἄλλο τι γένος ὂν βέλτιόν ἐστι τοῦ δικαίου. ταὐτὸν ἄρα δίκαιον καὶ ἐπιεικές, καὶ ἀμφοῖν σπουδαίοιν ὄντοιν κρεῖττον τὸ ἐπιεικές. — τὸ ἐπιεικὲς δίκαιον μέν ἐστιν, οὐ τὸ κατὰ νόμον δέ, ἀλλ' ἐπανόρθωμα νομίμου δικαίου κτλ.: vide quae infra VIII, 11, 5 (ἐπιεικεῖς) tradentur. Iam vero ius et amicitia et ad eadem pertinent, et versantur in personis iisdem, cf. VIII, 9, 1; VIII, 11, 1: ut iustum aequum (δίκαιον τὸ ἴσον, Eth. N. V, 3, 3) ita amicitiam aequalitatem informat sibi Aristoteles VIII, 5, 5. Cf. et Plat. Rep. I, p. 332, e; Eth. Eud. VII, 1, p. 1234, b, 31.

§. 5. ἀναγκαῖόν ἐστιν κτλ. Ad subiectum enunciati ἡ φιλία haec verba referri, post ea, quae ad §. 1 monuimus, est in promptu.

καλόν. Eth. N. III, 7, 2 τὸ καλὸν τέλος τῆς ἀρετῆς. Rhet. I, 9, p. 1366, a, 33 καλόν ἐστιν, ὃ ἂν δι' αὑτὸ αἱρετὸν ὂν ἐπαινετὸν ᾖ, ἢ ὃ ἂν ἀγαθὸν ὂν ἡδὺ ᾖ, ὅτι ἀγαθόν. *Honestum* Cicero vocat de fin. II, 14, 45.

τοὺς φιλοφίλους. Rhet. II, 4, p. 1381, b, 26 φιλοῦσι τοὺς σφόδρα φιλοφίλους καὶ μὴ ἐγκαταλείποντας· μάλιστα γὰρ φιλοῦσι τῶν ἀγαθῶν τοὺς φιλεῖν ἀγαθούς. Cf. infra VIII, 8, 4.

πολυφιλία· unice genuinum pro φιλοφιλία, exiguo librorum praesidio munito vocabulo, tenui. At enim, inquies, infra IX, X, 6 πολυφιλία non modo non honesta, sed (quippe simulationem redolens) reprehensione digna perhibetur, vera amicitia nisi cum paucis non posse suscipi comperitur. Audio. Verum enim vero accuratius perpenso loco, eam, quae virtutis causâ initur, veram amicitiam distingui intelliges ab illâ, quae in communi civium societate (πολιτικῶς) conspicitur, πολυφιλίᾳ. Quoniam autem, qui familiariter utitur multis, is et iniuriâ abstineat nec ulli velit esse offensus, ex vulgi opinione πολυφιλίαν hac in causâ laudari, planum est. Plutarch. de am. multitud. c. III ἐν ταῖς τῶν πλουσίων καὶ ἡγεμονικῶν οἰκίαις πολὺν ὄχλον καὶ θόρυβον ἀσπαζομένων καὶ δεξιουμένων καὶ δορυφορούντων ὁρῶντες, εὐδαιμονίζουσι τοὺς πολυφίλους. Praeterea cf. Rhet. I, 5, p. 1360, b, 20. Stoicos πολυφιλίαν tanquam bonum aliquod commendasse Diog. Laert. VII, I, 64, 124 memoriae prodidit.

ἔνιοι. Plat. Lys. p. 214, e sqq.; Xen. Mem. II, 6; Theogn. el. 17 ὅττι καλόν, φίλον ἐστί· τὸ δ' οὐ καλὸν οὐ φίλον ἐστίν. Repetita sententia e nostro loco Eth. Eud. VII, 1, p. 1234, b, 27 exstat.

6. Διαμφισβητεῖται δὲ περὶ αὐτῆς οὐκ ὀλίγα. οἱ μὲν γὰρ ὁμοιότητά τινα τιθέασιν αὐτὴν καὶ τοὺς ὁμοίους φίλους· ὅθεν τὸν ὅμοιόν φασιν ὡς τὸν ὅμοιον, καὶ κολοιὸν ποτὶ κολοιόν, καὶ τὰ τοιαῦτα· οἱ δ' ἐξ ἐναντίας κεραμεῖς πάντας τοὺς τοιούτους ἀλλήλοις φασὶν εἶναι. καὶ περὶ

Cap. I, 6. ARGUMENTUM. *Philosophorum diversae sententiae de naturâ et origine amicitiae prolatae percensentur. Cf. Zell. ad Eth. N. VI, 12, 3.*

οἱ μὲν γὰρ ὁμοιότητα κτλ. Plato amantium similitudine amorem tanquam fundamento niti saepe tradit: Lys. p. 214, a sqq.; Gorg. p. 510, b; de Legg. VIII, p. 837, b; Phaedr. p. 253, b. Empedoclem infra Aristoteles nominat. De accusandi casu ὁμοιότητα αὐτήν a verbo τιθέασιν apto consulendi sunt Rost. gr. gr. §. 104, 4; Kuehner. §. 560, c; Matth. §. 534, not. 2; infra IX, 2, 5; Met. I, 8, p. 988, b, 22; Eth. N. VI, 13, 3, p. 1144, b, 20 φρονήσεις ᾤετο (εἶναι om. Lb cod.) πάσας τὰς ἀρετάς, et §. 5 ἐπιστήμας γὰρ ᾤετο πάσας est in cod. Ob. Metaph. XIII, 4, p. 1091, a, 23.

τὸν ὅμοιον κτλ. Versus est Homeri de Odyss. XVII, 218:

ὡς αἰεὶ τὸν ὁμοῖον ἄγει θεὸς ὡς τὸν ὁμοῖον.

Saepissime eius habetur ratio, velut Plat. Symp. p. 195, b; Rep. IV, p. 425, c; Theophr. Char. XXXI (XXIX), 4, et nostro movente loco Eth. Eud. VII, I, p. 1235, a, 7; M. M. II, 11, p. 1208, b, 10; Cic. Cat. mai. III, 7 pares autem, vetere proverbio, cum paribus facillime congregantur.

κολοιὸν ποτὶ κολοιόν· plena sententia legitur M. M. II, 11, p. 1208, b, 9 κολοιὸς παρὰ κολοιὸν ἱζάνει. Cf. Rhet. I, 11, p. 1371, b, 17. Simile Epicharmi dictum Diog. L. III, I, 12, 16 servavit.

καὶ τὰ τοιαῦτα· ita ex codd. Kb Lb Ob pro verbis καὶ ὅσα τοιαῦτα scripsimus, Argyropulo et Aretino interprett. faventibus: cf. Eth. N. VII, 4, 2; IX, 2, 9; Meteor. I, 8, p. 345, b, 26; Phys. II, 8, p. 199, a, 23, alia multa. Alios similium sententiarum auctores Zellii contulit industria et Obbarii ad Hor. epist. I, 10, 3—5, p. 56.

οἱ δ' ἐξ ἐναντίας· qui stant ab Heracliti, de quo infra dicetur, partibus: cf. Plat. Symp. p. 186, b; Lys. p. 215, c.

κεραμεῖς τούτους ἀλλήλοις εἶναι· Hesiodi versus designantur opp. 23:

— ζηλοῖ δέ τε γείτονα γείτων
εἰς ἄφενον σπεύδοντ'· ἀγαθὴ δ' Ἔρις ἥδε βροτοῖσι.
καὶ κεραμεὺς κεραμεῖ κοτέει καὶ τέκτονι τέκτων,
καὶ πτωχὸς πτωχῷ φθονέει καὶ ἀοιδὸς ἀοιδῷ.

Versus, et alias (Rhet. II, 4, p. 1381, b, 14; Pol. V, 10, p. 1312, b, 5) laudatos, hinc translatos vides in Eth. Eud. VII, 1, p. 1235, a, 17.

αὐτῶν τούτων ἀνώτερον ἐπιζητοῦσι καὶ φυσικώτερον, Εὐριπίδης μὲν φάσκων ἐρᾶν μὲν ὄμβρον γαῖαν ξηρανθεῖσαν, ἐρᾶν δὲ σεμνὸν οὐρανὸν πληρούμενον ὄμβρου πεσεῖν ἐς γαῖαν, καὶ Ἡράκλειτος τὸ ἀντίξουν συμφέρον καὶ ἐκ τῶν διαφερόντων καλλίστην

ἀνώτερον — καὶ φυσικώτερον· **altius**, non ex humani ingenii, sed *ex naturâ omnium rerum pervestigandâ* (Cic. Rep. I, XXXVI, 56) petunt argumentum (cf. Waitz. ad An. pr. p. 43, a, 36, p. 443; Eth. N. VII, 3, 9 *ἔτι καὶ ὧδε φυσικῶς ἄν τις ἐπιβλέψειε τὴν αἰτίαν*), quo quid expetat se mutuo, quid fugiat, demonstrent. Verum ex praetermissâ in cod. K[b] voculâ *καὶ* insequens *φυσικώτερον* alienum ab auctore ac tantum in superioris vocis *ἀνώτερον* gratiam adiectum, modo ad huius codicis aliorum codicum accedat auctoritas, recte Schillingius meus videatur conclusisse : cf. §. 7 et de adverbio *ἀνώτερον* Steph. Thes. *ἄνω* extr.

Εὐριπίδης. Physicorum pars rerum appetitionis causam in contrarii studio invenire sibi videbantur : res adversas et oppositas, velut siccas atque aridas, expetere inter se, nec litem esse earum, sed conspirationem, probatum iverunt versibus Euripideis, quorum exemplar (ab Athen. XIII, p. 599, f. servatorum coll. fragm. Eur. inc. fab. IV, ed. Dind.) infra scriptum :

ἐρᾷ μὲν ὄμβρου Γαῖ', ὅταν ξηρὸν πέδον
ἄκαρπον αὐχμῷ, νοτίδος ἐνδεῶς ἔχῃ·
ἐρᾷ δ' ὁ σεμνὸς Οὐρανός, πληρούμενος
ὄμβρου, πεσεῖν ἐς Γαῖαν Ἀφροδίτης ὕπο.
ὅταν δὲ συμμιχθῆτον ἐς ταὐτὸν δύο,
τίκτουσιν ἡμῖν πάντα κἀκτρέφουσ' ἅμα,
ὅθεν βρότειον ζῇ τε καὶ θάλλει γένος.

Reliquos eiusdem sententiae locos Zellii cura suppeditabit. Sed haec quoque in Eth. Eud. VII, I, p. 1235, a, 16 et M. M. II, 11, p. 1208, b, 16 transierunt.

Ἡράκλειτος κτλ. Heraclitus Ephesius res omnes nasci contendit *ex motu contrario rerum contrariarum*, quod est *τὸ ἀντίξουν συμφέρον*, contraria inter se opitulari, et *κατ' ἔριν πάντα γίγνεσθαι* : nam *πόλεμος*, inquit teste Plut. de Is. et Os. XLVIII, *πατὴρ καὶ βασιλεὺς καὶ κύριος πάντων* : ergo quaecunque fiant, haec *concentum esse rerum contrariarum*, id quod exprimitur verbis his : *ἐκ διαφ. καλλίστην ἁρμονίαν γίγνεσθαι*, quae satis explicantur illo, quod Plut. de Is. et Os. XLV scriptum reliquit : *παλίντονος γὰρ ἁρμονίη κόσμου, ὅσπερ λύρης καὶ τόξου.* Plura cognosces ex his libris : Brandis, Handb. der Gesch. der gr.-röm. Philos. I, p. 157 sq.; Zeller, die Philosophie der Gr. I, p. 157; Preller, hist. phil. Gr. Rom. p. 22. Ergo, ut veniamus, quo spectat omnis haec oratio, *nisi diversos non iungi amicitiâ*, probari inde credunt.

ἁρμονίαν καὶ πάντα κατ' ἔριν γίγνεσθαι. ἐξ ἐναντίας δὲ τούτοις ἄλλοι τε καὶ Ἐμπεδοκλῆς· τὸ γὰρ ὅμοιον τοῦ ὁμοίου ἐφίεσθαι.

7. Τὰ μὲν οὖν φυσικὰ τῶν ἀπορημάτων ἀφείσθω· οὐ

γίγνεσθαι. Libri quidem hoc loco γίνεσθαι scriptum habent, alias γίγνεσθαι : quam inconstantiam quum ferendam editores Aristotelis nobilissimi putaverint, inter quos et Waitzius (praef. ad Org. I, p. XXVIII), alii (ut Ideler. ad Meteor. I, p. 323) vehementer impugnaverint, equidem in hoc opusculo γίγνεσθαι ubique exarandum curavi : quod qui vituperabunt (vituperaturos autem quosdam praesagio), hi et quo consilio hos separatim libros ediderim, et rem subtiliorem adhuc indagationem, de quâ Deo O. M. iuvante agam alias, flagitare, identidem animo reputent.

ἐξ ἐναντίας· alii contra rerum ordinandarum concordiam posuere causam.

ἄλλοι· Met. I, 4, p. 984, b, 23. Parmenidem (de quo vide Mullach. ad fragm. Parm. in app. ad Ar. de Mel. Xen. et Gorg. p. 148; Brandis. I, p. 374; Preller. p. 97) nominat et Hesiodum ob Theog. v. 116 sqq.

Ἐμπεδοκλῆς. Empedoclem Agrigentinum carminibus Graecis vaticinatum ferunt, quae in rerum naturâ totoque mundo constarent, quaeque moverentur, ea *contrahere amicitiam*, dissipare discordiam. Ita Cic. Lael. VII, 24. Cf. Brandis. p. 193 sqq.; Zeller. p. 166 sqq.; Preller. p. 110; Sim. Karsten. phil. Gr. vett. opp. rell. vol. II. Amstel. 1838, p. 346.

Cap. I, 7. ARGUMENTUM. *Priorum philosophorum placitis indicatis, Aristoteles quales suae doctrinae disputationes conveniant, indicat. Nam simul ad omnesne amicitia pertineat, simul unane sit amicitia, an plures eius species, excutiendum ponit. Itaque deinceps, quamquam unam proprie esse amicitiam bonorum dicit* (VIII, 4, 4), *tamen divisionis struit fundamentum duplex, alterum, habitâ causarum amandi ratione, de speciebus amicitiae, honestae, utilis, iucundae, alterum personarum respectu de amicitiâ aequalium et inaequalium :* cf. VIII, 7, 1; Eth. Eud. VII, 1, p. 1234, b, 18; VII, 4, p. 1239, a, 3; M. M. II, 11, p. 1210, a, 5. 23.

τὰ φυσικὰ τῶν ἀπορημάτων· cf. Matth. gr. gr. §. 320, §. 442; Kuehner. §. 479 : et de sexcentis Aristoteleis infra VIII, 8, 7 ἐν ταῖς ἀδεσπότοις τῶν οἰκήσεων. VIII, 12, 7 οἱ λοιποὶ τῶν συγγενῶν. Eth. N. VII, 6, 1 οἱ ταχεῖς τῶν διακόνων. An. Gen. I, 1, p. 715, b, 17 τὰ ὀστρακόδερμα τῶν ζώων. An. Gen. I, 21, p. 729, b, 29; ibid. IV, 2, p. 766, b, 31; Phys. II, 1, p. 192, b, 10. Coniunctae particulae μὲν οὖν quum alias conclusioni (— *quidem igitur*, *ergo*) inserviant (e. gr. VIII, 3, 9; VIII, 4, 2. 6; VIII, 10, 4; Phys. I, 7, p. 190, a, 1; Phys. I, 5, p. 188, a, 26; Phys. I, 7, p. 191, a, 12), tum hoc loco et similibus parant transitionem sicut Latinorum *iam vero*. Cf. VIII, 14, 1; IX, 2, 10; IX, 7, 1;

γὰρ οἰκεῖα τῆς παρούσης σκέψεως· ὅσα δ' ἐστὶν ἀνθρωπικὰ καὶ ἀνήκει εἰς τὰ ἤθη καὶ τὰ πάθη, ταῦτ' ἐπισκεψώμεθα, οἷον πότερον ἐν πᾶσι γίγνεται φιλία ἢ οὐχ οἷόν τε μοχθηροὺς ὄντας φίλους εἶναι, καὶ πότερον ἓν εἶδος τῆς φιλίας ἐστὶν ἢ πλείω. οἱ μὲν γὰρ ἓν οἰόμενοι, ὅτι ἐπιδέχεται τὸ μᾶλλον καὶ τὸ ἧττον, οὐχ ἱκανῷ πεπιστεύκασι σημείῳ· δέχεται γὰρ τὸ μᾶλλον καὶ τὸ ἧττον καὶ τὰ ἕτερα τῷ εἴδει. εἴρηται δ' ὑπὲρ αὐτῶν ἔμπροσθεν.

Phys. I, 6, p. 189, a, 20; p. 189, b, 27; Phys. I, 7, p. 191, a, 21; Metaph. XII, 1, p. 1076, a, 8; XII, 4, p. 1078, b, 7; XIII, 1, p. 1087, a, 29; Ekker. ad Plut. Cim. p. 51; Schneider. ad Ar. H. A. I, 9.

ἢ οὐχ οἷόν τε μοχθηροὺς φ. εἶ. Malos coire posse amicitiam negant Socratici, Plat. Lys. p. 214, d, Xen. Mem. II, 6, 20, Aristoteles ipse quid sentiat, infra VIII, 4, 2 docet. Quaestio Eth. Eud. VII, 1, p. 1235, a, 31; M. M. II, 11, p. 1208, b, 23 exstat eadem.

οἱ μὲν γὰρ κτλ. Plat. Phileb. p. 24, e sqq. Simpl. ad Categ. 10, b, 19, p. 75 Brandis. — ὅτι ἐπιδέχεται τὸ μᾶλλον καὶ τὸ ἧττον, quia magis et minus (sive intentionem et remissionem) in se recipiat amicitia, quod et magis quis et minus esse amicus possit. σημεῖον nomine artis logicae *propositio* intelligitur »quae vel necessaria vel hominum opinioni probata demonstrare possit« : Trendelenburg. el. log. Ar. §. 36; Anal. pr. II, 27, p. 70, a, 7. De perfecto tempore πεπιστεύκασι vide Matth. gr. gr. §. 497; Rost. §. 116, II, 7, n. 1; Kuehner. §. 439 : infra VIII, 12, 2 et 4 συνῴκείωται· VIII, 12, 7 διῄρηται· IX, 1, 2 πεπόρισται. Sententiae perversitatem Aristoteles proximis δέχεται γὰρ — τῷ εἴδει coarguit : *non omne quod magis et minus in se recipit* (sive maiorem et minorem intentionem patitur) *specie est unum*, *immo et diversae specie res minuere et augere possunt quantitatem* : exemplo utar, quod ipse philosophus Categ. VIII, p. 10, b, 29 de re eâdem disserens protulit : res et *alba* dicitur (lac), et *minus alba* (cutis humana), et *maxime alba* (nix): at inde ut idem sit lac, cutis humana, nix, minime efficitur. Ergo, ut media incidamus, evincit his Aristoteles, *quamquam minus amici sint alii, alii magis sint, non tamen omnes amicos esse eosdem, haberique amicitiae species diversas.*

εἴρηται — ἔμπροσθεν. Haec verba Giphanium (plaudente etiam Krischio in eph. Jen. Littztg. 1836, No. 15, p. 115) recte ad Eth. N. II, 8 retulisse, ubi hoc caput cum Arist. Cat. VI, p. 5, b contuleris, intelliges. Scholiastae opinionem, ad locum deperditum respici existimantis, Leonardus Spengelius, vir cuius maxima in studia antiquitatis exstant merita, explosit in l. Abhandlungen der philos.-philol. Cl. der K. B. Acad. der Wissensch. 3. Bd. 2. Abth. p. 474.

Cap. II. *Τάχα δ' ἂν γένοιτο περὶ αὐτῶν φανερόν, γνωρισθέντος τοῦ φιλητοῦ· δοκεῖ γὰρ οὐ πᾶν φιλεῖσθαι, ἀλλὰ τὸ φιλητόν, τοῦτο δ' εἶναι ἀγαθὸν ἢ ἡδὺ ἢ χρήσιμον. δόξειε δ' ἂν χρήσιμον εἶναι, δι' οὗ γίγνεται ἀγαθόν τι ἢ ἡδονή, ὥστε φιλητὸν εἶναι τἀγαθόν τε καὶ τὸ ἡδὺ ὡς τέλη.*

2. *Πότερον οὖν τἀγαθὸν φιλοῦσιν ἢ τὸ αὑτοῖς ἀγαθόν; διαφωνεῖ γὰρ ἐνίοτε ταῦτα. ὁμοίως δὲ καὶ περὶ τὸ ἡδύ. δοκεῖ δὲ τὸ αὑτῷ ἀγαθὸν φιλεῖν ἕκαστος, καὶ εἶναι ἁπλῶς μὲν τἀγαθὸν φιλητόν, ἑκάστῳ δὲ τὸ ἑκάστῳ. φιλεῖ δ' ἕκαστος*

Cap. II, 1—2. ARGUMENTUM. ***Causae, quae ad amandum impellant, honestum, iucundum, utile, enarrantur.***

περὶ αὐτῶν· locos supra (I, 7) de quibus disputetur propositos auctor indicat.

τοῦ φιλητοῦ. Subtilior auctor M. M. II, 11, p. 1208, b, 38 *τοῦ φιλητοῦ* et *τοῦ φιλητέου* discrimen adiungit.

ἀγαθὸν ἢ ἡδὺ ἢ χρήσιμον. Nam haec tria appetuntur, declinanturque horum contraria, *αἰσχρόν, λυπηρόν, ἀσύμφορον* : Eth. N. II, 3, 7. Divisionem eandem tenet Eudemus Eth. VII, 2, p. 1236, a, 13, coll. M. M. II, 11, p. 1209, a, 17. Ceterum *φιλητόν* ex auctoritate codd. K^b L^b pro multitudinis numero *φιλητά*, *εἶναι* pro *ἂν εἴη* ex auctoritate cod. K^b restitui.

§. 2. *τἀγαθόν·* ***bonum per se spectatum, honestum,*** cuius quidem gravitatis index est maiestatisque articulus (cf. Eth. N. I, 2, 1; Plat. Rep. VI, p. 505, a) : nam aliud est verum bonum, aliud quod tale specie deceptis mortalibus videtur : Eth. N. III, 4, 1. coll. I, 6, 9; Eth. Eud. VII, 2, p. 1235, b, 26 seqq.

διαφωνεῖ γὰρ ἐνίοτε ταῦτα· ἐνίοτε γὰρ διαφέρει ταῦτα ἀλλήλων, καὶ ἄλλο μέν ἐστι τὸ ἁπλῶς καὶ κυρίως ἀγαθόν, ἄλλο δέ τισι δοκεῖ ἀγαθόν. **Paraphr.**

ὁμοίως δὲ καὶ περὶ τὸ ἡδύ· ὁμοίως δὲ καὶ περὶ τὸ ἡδὺ ἔχει καὶ διαφέρει τὸ ἁπλῶς ἡδὺ καὶ τό τισιν ἡδύ· πότερα γοῦν φιλητά ἐστι; **Paraphr.** De omisso verbo contende VIII, 9, 2, ubi verba *ὁμοίως δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων* ex superioribus supplenda *ὁμοίως ἔχει καὶ οὐ ταὐτά ἐστι τὰ δίκαια.* Eth. N. I, 6, 13 *ὁμοίως δὲ καὶ περὶ τῆς ἰδέας·* hoc est *ὁμοίως ἔχει καὶ ἐξακριβοῦν ἄλλης ἂν εἴη φιλοσοφίας οἰκειότερον.* Cf. Met. II, 6. p. 1002, b, 21; Met. II, 2, p. 996, b, 21; Phys. I, 5, p. 188, b, 8; Eth. N. II, 2, 9. V, 6, 2. Praepositionem *περί* cum quarto casu coniunctam Matth. gr. gr. §. 589, c; Kuehner. §. 610, III, 3; Rost. §. 104, 11, c explicant : cf. infra scripta IX, 8, 10 et quae IX, 4, 1 in medium proferentur.

οὐ τὸ ὂν αὐτῷ ἀγαθόν, ἀλλὰ τὸ φαινόμενον. διοίσει δ' οὐδέν· ἔσται γὰρ τὸ φιλητὸν φαινόμενον.

3. Τριῶν δ' ὄντων δι' ἃ φιλοῦσιν, ἐπὶ μὲν τῇ τῶν ἀψύχων φιλήσει οὐ λέγεται φιλία· οὐ γάρ ἐστιν ἀντιφίλησις οὐδὲ βούλησις ἐκείνων ἀγαθοῦ· γελοῖον γὰρ ἴσως τῷ οἴνῳ βούλεσθαι τἀγαθά· ἀλλ' εἴπερ, σώζεσθαι βούλεται αὐτόν,

φιλεῖ δ' ἕκαστος — διοίσει δ' οὐδέν. Verba sunt auctoris placitum suum ad sensum communem accommodantis : utrumvis, inquit, accidat, sive ut hoc, quod est vere ipsi bonum, adamaverit quispiam, sive ut hoc, quod speciem prae se (quamvis fallacem) fert boni, optaverit : utrumvis salvâ fiet nostrâ illâ sententiâ, quâ per bonum provocari amorem volumus : quumque qui optat bonum, sive verum illud, sive opinatum, is institutâ deliberatione animi (quâ res considerata bona *videatur* utique necesse est) ad illud feratur : generatim atque universe loquentes, *hoc, quod esse bonum amaturo videatur, efficiens amoris bonum vocabimus* (ἔσται τὸ φιλητὸν φαινόμενον). διοίσει δ' οὐδέν· *neque id quidquam discriminis disputationi nostrae afferet* : cf. de hoc dicendi genere Eth. N. VI, 12, 2. V, 6, 1. IV, 8, 1; Anal. pr. I, 1, p. 24, a, 25. De tempore futuro cf. IX, 1, 4.

Cap. II, 3—4. ARGUMENTUM. *Amabili, amicitiae fonte, reperto ad amicitiae naturam describendam philosophus insistit.*

ἐπὶ τῇ φιλήσει. Quamquam ἐν praepositionem codd. K[b] M[b] ut de meliore notâ commendant, eamque in tali causâ ab Aristoteleo sermone non abhorrere vel hi loci Eth. N. I, 13, 16 coll. Demosth. Olynth. II, pr. p. 18; Eth. N. IV, 6, 5. IX, 10, 2 demonstrant (cf. Winer. gr. N. T. p. 462 seqq.; Kuehner. §. 624, g; Cic. Tusc. II, 21, 49 *in* vulnere), tamen Bekkero duce, incolumem ἐπί praepositionem servavi, familiarissimam sermoni Aristotelis : testimonia sunt Mullachii ad Arist. de Xen. p. 978, b, 20 (p. 57); Eth. N. V, 4, 5 λέγεται ἐπὶ τοῖς τοιούτοις τὸ κέρδος. Krueger. gr. gr. I, II, p. 304, n. 5; Matth. §. 586, ζ; Winer. gr. N. T. p. 470. Saepissime gignendi casus in talibus cum praepositione ἐπί copulatus reperitur, cuius usus haec notasse exempla satis est : VIII, 5, 1. VIII, 7, 4. IX, 10, 1. IX, 10, 6. IX, 5, 4. IX, 7, 1 : vide et IX, 4, 1 (περὶ τὰς μητέρας συμβαίνει) quae enotabuntur. De voce φίλησις infra VIII, 5, 5. dicetur : de re contende M. M. II, 11, p. 1208, b, 35.

τῷ οἴνῳ· tametsi propter suavitatem aliquis vel utilitatem amet vinum. Plat. Lys. p. 212 d οὐδ' ἄρα φίλιπποί εἰσιν, οὓς ἂν οἱ ἵπποι μὴ ἀντιφιλῶσιν, οὐδὲ φιλόρτυγες, οὐδ' αὖ φιλόκυνές γε καὶ φίλοινοι καὶ φιλογυμνασταὶ καὶ φιλόσοφοι, ἂν μὴ ἡ σοφία αὐτοὺς ἀντιφιλῇ.

ἀλλ' εἴπερ· referendis praeteritis verbis ita scriptum supple : ἀλλ' εἴπερ τι βούλεταί τις τῷ οἴνῳ, βούλεται σώζ. κτλ. cf. IX, 7, 5; Pol. II, 9, p. 1269, b, 35; Eth. N. I, 10, 14; Matth. gr. gr. §. 617, f; Kuehner.

ἵνα αὐτὸς ἔχῃ· τῷ δὲ φίλῳ φασὶ δεῖν βούλεσθαι τἀγαθὰ ἐκείνου ἕνεκα. τοὺς δὲ βουλομένους οὕτω τἀγαθὰ εὔνους λέγουσιν, ἐὰν μὴ ταὐτὸ καὶ παρ' ἐκείνου γίγνηται· εὔνοιαν γὰρ ἐν ἀντιπεπονθόσι φιλίαν εἶναι. 4. ἢ προσθετέον μὴ λανθά–

§. 855, 2; Krueger. I, II, p. 258, not. 11. Nam tertia quidem persona *βούλεται* ita, ut *aliquis* in universum, ὁ βουλόμενος, quicunque is est, pro subiecto enunciati habeatur, posita est : sicut in his participio facillime subiectum additur : VIII, 13, 8. VIII, 13, 9. VIII, 13, 11. IX, 1, 4. IX, 1, 9. IX, 2, 3. IX, 4, 10. IX, 12, 1. Exempla alia vide apud Matth. gr. gr. §. 295, 2; Kuebner. §. 414, 5; Rost. §. 100, 3, n. 2; Zell. ad Eth. N. III, 1, 6; Waitz. ad Categ. p. 3, b, 22 (p. 289); Ideler. ad Meteor. I, p. 631 coll. Bonitzio obss. cr. in M. M. et Eth. Eud. p. 23. Inde etiam pronomen *αὐτός* (ἵν' αὐτὸς ἔχῃ) explicatur : nam est ὁ βουλόμενος· cf. VIII, 4, 3. IX, 11, 5 αὐτόν h. e. τὸν παρακαλούμενον, φίλον ὄντα. Ibid. ἥδονται ἐπὶ τοῖς αὐτοῦ ἀγαθοῖς, αὐτοῦ puta τοῦ εὐνοοῦντος.

τῷ δὲ φίλῳ φασὶ κτλ. Plat. Lys. p. 220, b seqq.; Ar. Rhet. II, 4, p. 1380, b, 36; Eth. N. IX, 4, 1; Cic. de fin. II, 24, 78; Lael. XXI, 80 ipse enim se quisque diligit, non ut aliquam a se ipse mercedem exigat caritatis suae, sed quod per se sibi quisque carus est : quod nisi in amicitiam transfertur, verus amicus nunquam reperietur.

οὕτω· ἐκείνου ἕνεκα. *ταὐτό·* τὸ βούλεσθαι τῷ φιλουμένῳ τἀγαθὰ τοῦ φιλουμένου ἕνεκα.

εὔνοιαν γὰρ ἐν ἀντιπεπονθόσι κτλ. benevolentiam (de quâ vide IX, 5) duorum qui bonis mutuo se prosequuntur esse amicitiam. Plat. Lys. p. 212, b seqq. De verbo ἀντιπάσχειν, etiam infra VIII, 13, 8 scripto, contende Eth. N. III, 8, 13 ἀντιπαθεῖν, vicissim accipere : V, 5, 1 τὸ ἀντιπεπονθός, talio. Plat. Gorg. p. 520, e; Soph. Phil. 583 πόλλ' ἐγὼ κείνων ὕπο δρῶν ἀντιπάσχω χρηστά. Zwingerus insuper eiusdem tragoediae versus laudat 672—73 :

ὅστις γὰρ εὖ δρᾶν εὖ παθὼν ἐπίσταται,
παντὸς γένοιτ' ἂν κτήματος κρείσσων φίλος.

§. 4. *ἢ προσθετέον κτλ.* Addendam ad eam, quam modo posuit, amicitiae explicationem, hanc notam censet philosophus *μὴ λανθάνουσαν*, non incognitam et occultam amato esse oportere benevolentiam : nam benevolentia etiam erga ignotos existit (IX, 5, 1) : Eth. Eud. VII, 2, p. 1236, a, 14 φίλος δὴ γίγνεται, ὅταν φιλούμενος ἀντιφιλῇ, καὶ τοῦτο μὴ λανθάνῃ πως αὐτούς. Interrogatio autem, quâ urbane et quasi dubitanter res proponitur, caret responso : adnuentem et affirmantem lectorem exspectat, velut in his : VIII, 13, 11. IX, 2, 2. IX, 3, 1. 3—5. IX, 4, 7. IX, 10, 1. IX, 12, 1 : abnuentem et negantem paullo infra et IX, 3, 3—4 desiderat : cf. Trendelenburg. ad Ar. de An. I, 1, 11; Zell. ad Eth. N. I, 2, 2. Cic. Cat. I, 3, 8 quid? quum tu te Praeneste Kal. ipsis Nov·

νουσαν; πολλοὶ γάρ εἰσιν εὖνοι οἷς οὐχ ἑωράκασιν, ὑπολαμβάνουσι δὲ ἐπιεικεῖς εἶναι ἢ χρησίμους· τοῦτο δὲ ταὐτὸν κἂν ἐκείνων τις πάθοι πρὸς τοῦτον. εὖνοι μὲν οὖν οὗτοι φαίνονται ἀλλήλοις· φίλους δὲ πῶς ἄν τις εἴποι, λανθάνοντας ὡς ἔχουσιν ἑαυτοῖς; δεῖ ἄρα εὐνοεῖν ἀλλήλοις καὶ βούλεσθαι τἀγαθὰ μὴ λανθάνοντας δι' ἕν τι τῶν εἰρημένων.

Cap. III. Διαφέρει δὲ ταῦτα ἀλλήλων εἴδει· καὶ αἱ φιλήσεις ἄρα καὶ αἱ φιλίαι. τρία δὴ τὰ τῆς φιλίας εἴδη, ἰσάριθμα τοῖς φιλητοῖς· καθ' ἕκαστον γάρ ἐστιν ἀντιφίλησις οὐ λανθάνουσα. οἱ δὲ φιλοῦντες ἀλλήλους βούλονται τἀγαθὰ

occupaturum nocturno impetu esse confideres, sensistine, illam coloniam meo iussu, meis praesidiis, custodiis, vigiliisque esse munitam?

εὖνοι οἷς κτλ. Matth. gr. gr. §. 473, b; Rost. §. 99, 9; Kuehner. §. 787, 2 : contende VIII, 8, 3. VIII, 13, 9. IX, 1, 4. 7. IX, 5, 3. De voc. ἐπιεικεῖς vide VIII, 11, 5. — Cic. Lael. VIII, 28 nihil est enim amabilius virtute —, quippe quum propter virtutem et probitatem etiam eos, quos nunquam vidimus, quodammodo diligamus. Cf. de N. D. I, 44, 121 et infra IX, 5, 1.

ἐκείνων τις πάθοι κτλ. Illorum, quos alii, quamquam albi atrine sint ignorantes, tamen ob morum honestatem studio occulto prosequuntur, fieri potest ut aliquis hunc (τοῦτον), a quo clam colitur, de facie quidem ignotum, tamen virtutis famâ commendatum, miretur inscientem et diligat. De dictione πάσχειν τι πρός τινα, pati aliquid alicuius respectu, vel aliquo modo affectum esse erga aliquem, cf. IX, 4, 1. 9; Phys. I, 1, p. 184, a, 26 πέπονθε δὲ ταὐτὸ τοῦτο τρόπον τινὰ καὶ τὰ ὀνόματα πρὸς τὸν λόγον. Eth. N. II, 9, 6 ὅπερ οἱ δημογέροντες ἐπάσχον πρὸς τὴν Ἑλένην, τοῦτο δεῖ παθεῖν ἡμᾶς πρὸς τὴν ἡδονήν : adde et locum Polit. I, 12 extremum infra VIII, 10,4 (ἡ μὲν πατρὸς κτλ.) exscribendum. Nec multum differt quod sequitur ὡς ἔχουσιν ἑαυτοῖς, casu tertio addito ut Dem. Olynth. II, p. 23 οἱ πολλοὶ Μακεδόνων πῶς ἔχουσι Φιλίππῳ, ἐκ τούτων ἄν τις σκέψαιτο, ubi vide Sauppii comm.

δι' ἕν τι τῶν εἰρημένων· τὸ ἀγαθόν, τὸ ἡδύ, τὸ χρήσιμον.

Cap. III, 1—2. ARGUMENTUM. *Ut rerum amabilium, ita amicitiae (id quod I, 7 quaerebatur) videntur esse species tres. Sed vide VIII, 4, 4.*

ταῦτα· tria illa (bonum, iucundum, utile), per quae amicitiam provocari cap. II. ostensum est. — ἰσάριθμα τοῖς φιλητοῖς· de dandi casu cf. Matth. gr. gr. §. 386, 5; Kuehner. §. 576; Rost. §. 105, 5; Arist. Metaph. XIII, 6, p. 1093, a, 30 ἰσάριθμον τούτοις. Probl. XVI, 12, p. 915, b, 10 τὸ βαρύτερον ἀδύνατον ἰσοδρομεῖν τῷ κουφοτέρῳ. Probl. X, 54, p. 897, b, 11 ὁμοιόσχημον ἀνθρώπῳ. de Col. 5, p. 796, b, 7 τὰ ἄνθη τοῖς καρποῖς ὁμόχροα. Eth. N. VIII, 12, 3 ἀλλήλοις ταὐτοποιεῖ.

ἀλλήλοις ταύτῃ ᾗ φιλοῦσιν. οἱ μὲν οὖν διὰ τὸ χρήσιμον φιλοῦντες ἀλλήλους οὐ καθ' αὐτοὺς φιλοῦσιν, ἀλλ' ᾗ γίγνεταί τι αὐτοῖς παρ' ἀλλήλων ἀγαθόν· ὁμοίως δὲ καὶ οἱ δι' ἡδονήν· οὐ γὰρ τῷ ποιούς τινας εἶναι ἀγαπῶσι τοὺς εὐτραπέλους, ἀλλ' ὅτι ἡδεῖς αὐτοῖς. 2. *οἵ τε δὴ διὰ τὸ χρήσιμον φιλοῦντες διὰ τὸ αὐτοῖς ἀγαθὸν στέργουσι, καὶ οἱ δι' ἡδονὴν διὰ τὸ αὐτοῖς ἡδύ, καὶ οὐχ ᾗ φιλούμενός ἐστιν, ἀλλ' ᾗ χρήσιμος*

ταύτῃ ᾗ φιλοῦσιν· prout vel bono, vel iucundo, vel utili ad alterius amorem feruntur.

οὐ καθ' αὐτούς· non ob diligendae virtutem personae praestantiamque indolis. Cic. Lael. XXI, 79 : plerique neque in rebus humanis quidquam bonum norunt, nisi quod fructuosum sit, et amicos tanquam pecudes eos potissimum diligunt, ex quibus sperant se maximum fructum capturos.

τὶ ἀγαθόν. Non sinė vi quâdam ante nomen suum pronomen *τὶ* collocatum in hanc fere sententiam : *aliquod, cuicuimodi sit, bonum* : cf. Matth. gr. gr. §. 487, 4. 6; Kuehner. §. 633, 6; Bernhard. synt. p. 442; Eth. N. I, 2, 1 *εἰ δή τι τέλος ἐστὶ τῶν πρακτῶν.* I, 7, 1 *εἴ τι τῶν πρακτῶν ἐστι τέλος* : infra VIII, 11, 7. VIII, 9, 1; VIII, 9, 4. VIII, 9, 5. IX, 5, 3. IX, 10, 3. IX, 11, 3.

τῷ ποιούς τινας εἶναι· quod qualitate aliquâ praediti sint, h. e. quod certa sit in iis morum forma expressa. Eth. N. I, 9, 8 *ἡ πολιτικὴ πλείστην ἐπιμέλειαν ποιεῖται τοῦ ποιούς τινας καὶ ἀγαθοὺς τοὺς πολίτας ποιῆσαι καὶ πρακτικοὺς τῶν καλῶν.* III, 2, 11 *τῷ προαιρεῖσθαι τἀγαθὰ ἢ τὰ κακὰ ποιοί τινές ἐσμεν.* Poet. 6, p. 1449, b, 37; p. 1450, a, 5; M. M. I, 1, p. 1181, a, 27; Top. IV, 4, p. 124, b, 22; Met. IV, 14, p. 1020, a, 33; Categ. 8, p. 10, a, 27.

τοὺς εὐτραπέλους. *Εὐτραπελία*, *urbanitas*, virtus moralis huius hominis ab Aristotele nominatur, in ioco qui mediocritatem eam, quae est inter dicacitatem nimiam *τοῦ βωμολόχου*, scurrae, et inter parum illud *τοῦ ἀγροίκου*, agrestis et insulsi, conservat : ut *τὸν εὐτράπελον facetum et urbanum* dicere liceat : Eth. N. II, 7, 13; cf. IX, 11, 3 *ἐπιδέξιος*.

§. 2. *διὰ τὸ αὐτοῖς ἀγαθόν*. Bonum quum vere animi virtus sit ac beatitudo (Eth. N. I, 7), hoc tamen loco ac similibus (ut VIII, 3, 6) usque eo ex vitae sensu communis dicitur, utilitatis notionem ut in se includat et comprehandat. M. M. II, 11, p. 1209, a, 5.

οὐχ ᾗ φιλούμενός ἐστιν. Quicunque commodis amicitiam vel voluptatibus metiuntur, hi compendii cuiusdam vel oblectationis apparitorem et administrum diligunt amicum, non personam *aliquam, quae ametur*, non tanquam aliquem *ad diligendum* electum, id quod barbari dicimus : sie lieben nicht weil er eben eine geliebte Person ist, sondern —. Atqui amando

ἡ ἡδύς. κατὰ συμβεβηκός τε δὴ αἱ φιλίαι αὗταί εἰσιν· οὐ γὰρ ᾗ ἐστιν ὅσπερ ἐστὶν ὁ φιλούμενος, ταύτῃ φιλεῖται, ἀλλ' ᾗ πορίζουσιν οἱ μὲν ἀγαθόν τι, οἱ δ' ἡδονήν.

3. Εὐδιάλυτοι δὴ αἱ τοιαῦταί εἰσι, μὴ διαμενόντων αὐτῶν ὁμοίων· ἐὰν γὰρ μηκέτι ἡδεῖς ἢ χρήσιμοι ὦσι, παύονται φιλοῦντες. τὸ δὲ χρήσιμον οὐ διαμένει, ἀλλ' ἄλλοτε ἄλλο γίγνεται. ἀπολυθέντος οὖν δι' ὃ φίλοι ἦσαν, διαλύεται καὶ ἡ φιλία, ὡς οὔσης τῆς φιλίας πρὸς ἐκεῖνα.

exsplendescere lumina amicitiae VIII, 8, 4 edocemur. Articulum ante vocem φιλούμενος scriptum hortante codice K[b], cogente sententiâ insequente, eieci.

κατὰ συμβεβηκός τε δὴ κτλ. Consociatae particulae τὲ δή (de quibus et in adnotationibus ad Viger. p. 497 et insigni doctrinâ ab Zellio in nostri commentario loci disputatur) ad concludendam rationem ita faciunt, ut cum barbarâ dictione und also comparari possint. Cf. Phys. I, 3, p. 186, a, 4; An. Gen. I, 21, p. 729, b, 8; Pol. II, 5, p. 1263, b, 7. Nam utitur auctor particulâ δή ad rem antea exploratam aut necessario ex superioribus consequentem indicandam : Hartung. in l. Lehre von den Partikeln der gr. Spr. I, p. 261 seqq.; Matth. gr. gr. §. 603; Kuehner. §. 692; Krueger. I, II, p. 315, et imprimis Krisch. in ephem. Göttinger gel. Anzeigen 1834, Stück 189, p. 1885. Iam vero ante hanc particulam quum insuper ponatur τέ, causa haec videtur esse, quod pronunciatâ voce τέ, sententiam novam, subiectâ voce δή conclusionem aliquam se additurum superioribus declarat auctor. Συμβεβηκός autem *accidens* dicitur, *substantiae* (τῆς οὐσίας) contrarium, id quod cum rei naturâ nullâ est necessitate coniunctum : cf. Trendelenburg. ad Ar. de An. I, 1, 1; Waitz. ad Cat. p. 268, ad Anal. pr. p. 442 et infra VIII, 4, 5 cognatam vocis significationem. Ergo non amici, quâtenus amicus est, causâ diligere hi, de quibus agitur, dicuntur.

οὐ γὰρ ᾗ ἐστιν — ταύτῃ φιλεῖται· *non quâtenus hic, qui amatur, talis est, qualis est semel, non quia hoc vel illo animo est, amatur*, sed quia fructum aliquem videtur vel delicias nescio quas praebere. De pronomine ὅσπερ cf. Krueger. gr. gr. I, II, p. 326; Kuehner. §. 702, 4; Rost. §. 133, 2; Waitz. ad An. pr. p. 49, a, 18 (p. 467).

Cap. III, 3. ARGUMENTUM. *Amicitiae commoditatum privatarum voluptatumque studio contractae facile dissolvuntur.*

εὐδιάλυτοι. Eth. Eud. VII, 2, p. 1236, a, 34; M. M. II, 11, p. 1209, b, 16; Cic. Lael. IX, 32 nam si utilitas amicitias conglutinaret, eadem commutata dissolveret.

ἀπολυθέντος οὖν κτλ. Scribonius in memoriam revocat illud Ovidii Trist. I, 9, 5 :

4. Μάλιστα δ' ἐν τοῖς πρεσβύταις ἡ τοιαύτη δοκεῖ φιλία γίγνεσθαι (οὐ γὰρ τὸ ἡδὺ οἱ τηλικοῦτοι διώκουσιν, ἀλλὰ τὸ ὠφέλιμον), καὶ τῶν ἐν ἀκμῇ καὶ νέων, ὅσοι τὸ συμφέρον διώκουσιν. οὐ πάνυ δ' οἱ τοιοῦτοι οὐδὲ συζῶσι μετ' ἀλλήλων· ἐνίοτε γὰρ οὐδ' εἰσὶν ἡδεῖς· οὐδὲ [δὴ] προσδέονται τῆς τοιαύτης ὁμιλίας, ἐὰν μὴ ὠφέλιμοι ὦσιν· ἐπὶ

Donec eris felix, multos numerabis amicos:
Tempora si fuerint nubila, solus eris.

ἐκεῖνα sunt omnia illa ἡδέα et χρήσιμα, quae tanquam finem horum amicitia hominum spectat: eaque causa videtur fuisse philosopho multitudinis repente numerum pro singulari, quem accurata grammaticae ratio postulabat, ponendi: cf. infra IX, 1, 4. IX, 2, 5; de Coel. II, 2, p. 284, b, 30; Probl. IV, 26, p. 879, b, 11 ἐὰν οὖν ὑπερβάλλῃ τις τῇ λαγνείᾳ, τούτοις ἐνταῦθα συνέρχεται. Eth. Eud. VII, 1, p. 1235, a, 35 τὸ χρήσιμον — ταῦτα· et quae huius generis quâ solet summâ cum diligentiâ collegit Waitz. ad An. pr. p. 52, a, 29 (p. 479), p. 28, a, 6 (p. 390), p. 69, b, 3 (p. 534—35) coll. Zell. ad Eth. N. III, 5, 8; Ideler. ad Meteor. I, p. 519; Cic. Tusc. I, 3, 6 quare si aliquid oratoriae laudi nostrâ attulimus industriâ, multo studiosius philosophiae fontes aperiemus, e quibus etiam *illa* manabant: ibique interpp.

Cap. III, 4. ARGUMENTUM. *Quinam utilitatis rationibus ad amicitiam maxime accingantur, exponitur.*

ἐν τοῖς πρεσβύταις· λαμβάνει τοὺς πρεσβύτας καὶ τοὺς ἐν ἀκμῇ οὐ τοὺς σπουδαίους, ἀλλὰ τοὺς πολλούς. Schol.

οὐ γὰρ τὸ ἡδὺ κτλ. Cf. VIII, 5, 2 egregiamque morum descriptionem Rhet. II, 13, p. 1389, b, 13 seqq. Ter. Adelph. V, III, 47:

Solum unum hoc vitium affert senectus hominibus:
Attentiores sumus ad rem omnes, quam sat est.

καὶ τῶν ἐν ἀκμῇ καὶ νέων, ὅσοι κτλ. hac ratione accipi vult scriptor: δοκεῖ γίγνεσθαι ἡ τ. φιλία ἐν τούτοις τῶν ἐν ἀκμῇ καὶ νέων, ὅσοι κτλ. Nam ita seniorum talis aviditas propria dicitur, ut ne iuniores quidem aetate interdum eam in se admittere negetur. Ita sarta tecta omnia: nec νέων voc. propter Aspasii, nec ἐν ἀκμῇ vocc. propter Paraphrastae silentium, nec verba ἀλλὰ τὸ ὠφέλιμον — διώκουσι, in cod. M^b librarii errore praetermissa, in exilium expellenda sunt. Quod si quem repetitum brevi spatio verbum διώκουσι offendat, is conferat verba §. 5: Eth. N. I, 10, 8 τὸν αὐτὸν εὐδαίμονα καὶ πάλιν ἄθλιον ἐροῦμεν πολλάκις, χαμαιλέοντά τινα τὸν εὐδαίμονα ἀποφαίνοντες: Categ. 5, p. 2, b, 32—36 et quos laudat testes Ideler. ad Meteor. I, p. 352. Cic. off. I, 3, 8 atque ea sic definiunt, ut rectum quod sit, id perfectum esse definiant. — Paullo infra suspectum est δὴ voc. ante verbum προσδέονται a cod. K^b exulans, a cod. M^b post illud verbum collocatum.

τοσοῦτον γάρ εἰσιν ἡδεῖς, ἐφ' ὅσον ἐλπίδας ἔχουσιν ἀγαθοῦ. εἰς ταύτας δὲ καὶ τὴν ξενικὴν τιθέασιν.

5. Ἡ δὲ τῶν νέων φιλία δι' ἡδονὴν εἶναι δοκεῖ· κατα πάθος γὰρ οὗτοι ζῶσι, καὶ μάλιστα διώκουσι τὸ ἡδὺ αὐτοῖς καὶ τὸ παρόν· τῆς ἡλικίας δὲ μεταπιπτούσης, καὶ τὰ ἡδέα γίγνεται ἕτερα. διὸ ταχέως γίγνονται φίλοι καὶ παύονται· ἅμα γὰρ τῷ ἡδεῖ ἡ φιλία μεταπίπτει, τῆς δὲ τοιαύτης ἡδονῆς ταχεῖα ἡ μεταβολή. καὶ ἐρωτικοὶ δ' οἱ νέοι· κατὰ

εἰς ταύτας δὲ καὶ τὴν ξ. τ. in his amicitiis, quae et commodi causâ coluntur, nec diuturnae consuetudinis ferunt fructum, *hospitum quoque foedera* (τὴν ξενικὴν φιλίαν), quod et deversorii clientelaeque gratiâ parantur, nec in longum fere tempus devertentes excipientesque iungunt, numerare solent. Aliter iudicat auctor M. M. II, 11, p. 1211, a, 12.

Cap. III, 5. ARGUMENTUM. *Voluptatis causâ a quibus potissimum amicitia contrahatur, commonstratur.*

ἡ δὲ τῶν νέων κτλ. Eth. Eud. VII, 2, p. 1236, a, 37; M. M. II, 11, p. 1209, b, 19.

κατὰ πάθος. Eth. N. III, 12, 6. IV, 9, 3; Rhet. II, 12, p. 1389, a, 34 οἱ νέοι μᾶλλον αἱροῦνται πράττειν τὰ καλὰ τῶν συμφερόντων· τῷ γὰρ ἤθει ζῶσι μᾶλλον ἢ τῷ λογισμῷ· — καὶ φιλόφιλοι καὶ φιλέταιροι μᾶλλον τῶν ἄλλων ἡλικιῶν διὰ τὸ χαίρειν τῷ συζῆν καὶ μήπω πρὸς τὸ συμφέρον κρίνειν μηδέν, ὥστε μηδὲ τοὺς φίλους. De voc. πάθος vide VIII, 5, 5.

τῆς δὲ τοιαύτης ἡδονῆς· talis, qualis iuvenum animos delinit, oblectatio mutatur celeriter. Cf. Rhet. II, 12, p. 1389, a, 6. Cic. Lael. XX, 74 omnino amicitiae corroboratis iam confirmatisque et ingeniis et aetatibus iudicandae sunt : nec si qui ineunte aetate venandi aut pilae studiosi fuerint, eos habere necessarios, quos tum eodem studio praeditos dilexerunt.

καὶ ἐρωτικοὶ δ' οἱ νέοι. Nihil horum, de quibus optime Giphan. statuit, mutandum. Etenim quum contenderit philosophus has res duas, affectus et voluptatum desideria, proprias adolescentibus esse vel maxime, eius sententiae hoc adiungit firmamentum, quod ad res Venereas quoque harum earundem rerum stimulis iuvenes excitentur, et harum quoque pars magna in affectu constet et voluptate (Rhet. II, 12, p. 1389, a, 4 καὶ τῶν περὶ τὸ σῶμα ἐπιθυμιῶν μάλιστα ἀκολουθητικοί εἰσιν οἱ νέοι ταῖς περὶ τὰ ἀφροδίσια). Nec abrupta oratio ei, qui vocularum καὶ — δέ naturam senserit (de quâ vide VIII, 4, 3), videbitur : nam his id exprimitur, quod barbare dixeris : und verliebt sind ja die jungen Leute auch (aus gleichem Grunde). Verborum autem κατὰ πάθος γάρ ac priorum κατὰ πάθος γὰρ οὗτοι ζῶσι similitudo, aut insequentium διόπερ φιλοῦσι καὶ ταχέως

πάθος γὰρ καὶ δι' ἡδονὴν τὸ πολὺ τῆς ἐρωτικῆς. διόπερ φιλοῦσι καὶ ταχέως παύονται, πολλάκις τῆς αὐτῆς ἡμέρας μεταπίπτοντες. συνημερεύειν δὲ καὶ συζῆν οὗτοι βούλονται· γίγνεται γὰρ αὐτοῖς τὸ κατὰ [τὴν] φιλίαν οὕτως.

6. *Τελεία δ' ἐστὶν ἡ τῶν ἀγαθῶν φιλία καὶ κατ' ἀρετὴν ὁμοίων· οὗτοι γὰρ τἀγαθὰ ὁμοίως βούλονται ἀλλήλοις, ᾗ ἀγαθοί· ἀγαθοὶ δ' εἰσὶ καθ' αὑτούς. οἱ δὲ βουλόμενοι τἀγαθὰ τοῖς φίλοις ἐκείνων ἕνεκα μάλιστα φίλοι· δι' αὑτοὺς γὰρ οὕτως ἔχουσι, καὶ οὐ κατὰ συμβεβηκός· διαμένει οὖν ἡ τούτων φιλία ἕως ἂν ἀγαθοὶ ὦσιν· ἡ δ' ἀρετὴ μόνιμον. καὶ*

παύονται ac superiorum *διὸ ταχέως γίγνονται φίλοι καὶ παύονται* aequalitas non delumbat orationem, sed roborat et colorat.

κατὰ πάθος γὰρ καὶ δι' ἡδονὴν κτλ. Pars magna (*τὸ πολύ*) caritatis amatoriae (*τῆς ἐρωτικῆς φιλίας* plene dixeris) in animorum affectibus est posita (*κατὰ πάθος*) et finem propositum (*δι' ἡδονήν*) habet voluptatem.

διόπερ φιλοῦσι. Haec verba (quibus, unde discesserat, ad id oratio revertitur) de amicorum amore esse, non de puellarum curâ (de quâ Garvius videtur cogitare) explicanda, consequens *οὗτοι* coarguit.

τῆς αὐτῆς ἡμέρας. Matth. gr. gr. §. 377, 2; Kuehner. §. 524; Rost. §. 108, I, 2, i. Cic. Lael. X, 33 summi puerorum amores saepe unâ cum praetextâ ponuntur.

γίγνεται γὰρ κτλ. De re cf. IX, 12, 2. Articulum ante voc. *φιλίαν* codd. K[b] O[b] commendant: quem non abhorrere ab tali circumlocutione, qualis est *τὸ κατὰ τὴν φιλίαν*, exempla probant haec: VIII, 14, 1. IX, 7, 5. IX, 1, 4. IX, 7, 6. IX, 8, 5. Metaph. X, 6 qui locus infra IX, 4, 10 (*οὐ δὴ φαίνεται*) exscribetur. Cf. Matth. gr. gr. §. 272, b; Kuehner. §. 474, n. 3, d; Rost. §. 104, 10. §. 98, 5, *β*; Elmsl. ad Soph. O. R. 977.

Cap. III, 6—7. ARGUMENTUM. *Perfecta est amicitia quae a virtute oritur: nam a viris bonis colitur.*

τελεία. Eth. Eud. VII, 2, p. 1236, b, 17 sqq.; M. M. II, 11, p. 1209, b, 11; Plat. legg. VIII, p. 837; Lys. p. 214, d; Xen. Mem. II, 6, 11; Cic. Lael. VI, 20. XXII, 82.

δι' αὑτοὺς γὰρ κτλ. Propter amicos ipsos diligunt amicos, caritas amici ut consilium videatur esse amoris. Cic. Lael. XXI, 79: digni autem sunt amicitiâ, quibus in ipsis inest causa cur diligantur.

ἡ δ' ἀρετὴ μόνιμον. De genere neutro adiectivi vide I, 1, 1. De sententiâ contende VIII, 8, 4; Eth. N. I, 10, 10; M. M. II, 11, p. 1209, b, 13 *ἡ ἀρετὴ ἀμετάπτωτον, δι' ἣν ἡ φιλία.* Cic. Lael. XXVII, 100 virtus, virtus, inquam, — et conciliat amicitias et conservat: in eâ est enim convenientia rerum, in eâ stabilitas, in eâ constantia.

ἔστιν ἑκάτερος ἁπλῶς ἀγαθὸς καὶ τῷ φίλῳ· οἱ γὰρ ἀγαθοὶ καὶ ἁπλῶς ἀγαθοὶ καὶ ἀλλήλοις ὠφέλιμοι· ὁμοίως δὲ καὶ ἡδεῖς· καὶ γὰρ ἁπλῶς οἱ ἀγαθοὶ ἡδεῖς καὶ ἀλλήλοις· ἑκάστῳ γὰρ καθ' ἡδονήν εἰσιν αἱ οἰκεῖαι πράξεις καὶ αἱ τοιαῦται· τῶν ἀγαθῶν δὲ αἱ αὐταὶ ἢ ὅμοιαι. 7. ἡ τοιαύτη δὲ φιλία μόνιμος εὐλόγως ἐστίν· συνάπτει γὰρ ἐν αὐτῇ πάνθ' ὅσα τοῖς φίλοις δεῖ ὑπάρχειν. πᾶσα γὰρ φιλία δι' ἀγαθόν ἐστιν ἢ δι' ἡδονήν (ἢ ἁπλῶς ἢ τῷ φιλοῦντι), καὶ καθ' ὁμοιότητά τινα. ταύτῃ δὲ πάνθ' ὑπάρχει τὰ εἰρημένα

ὠφέλιμοι. Cic. Lael. XIV, 51 non igitur utilitatem amicitia, sed utilitas amicitiam consecuta est. De proximis ὁμοίως δὲ καὶ ἡδεῖς cf. IX, 9, 5.

αἱ οἰκεῖαι πράξεις κτλ. ἕκαστος χαίρει ταῖς ἑαυτοῦ (cf. IX, 9, 5) πράξεσι, καὶ διὰ τοῦτο ἥδεται καὶ ταῖς τῶν ἄλλων, ὅταν ὅμοιαι ὦσι ταῖς ἑαυτοῦ πράξεσιν. Paraphr.

αἱ αὐταὶ ἢ ὅμοιαι. ἢ particula proxime dictum angustioribus limitibus circumscribit et definit ut *aut certe* vertere liceat : nam quum, eadem plane esse bonorum facinora, dictum audacius videatur, illud subiicitur, *aut similia certe sibi esse*. Cf. Eth. N. I, 7, 14 εἰ δ' ἐστὶν ἔργον ἀνθρώπου ψυχῆς ἐνέργεια κατὰ λόγον ἢ μὴ ἄνευ λόγου. I, 8, 6 μεθ' ἡδονῆς ἢ οὐκ ἄνευ ἡδονῆς. II, 5, 4; VIII, 12, 2; VIII, 13, 8; VIII, 14, extr.; IX, 4, 4. Quibus indiciis ingenuum certe Stagiritae animum vel inconstantiae obtrectatores agnoscant, aut, si sapiant, imitentur : alia rei exempla pete ab Waitzio ad An. pr. p. 59, a, 40 (p. 498 sq.).

§. 7. συνάπτει γὰρ ἐν αὐτῇ κτλ. omnia enim concurrunt in eâ, quae in amicis esse debent. Lamb. Eâdem vi neutrali usurpatur verbum συνάπτειν VIII, 4, 5 οὐ πάνυ δ' αὗται συνάπτουσιν· non facile tales amicitiae conveniunt. Polit. III, 3, p. 1276, a, 7 περὶ δὲ τοῦ δικαίως ἢ μὴ δικαίως συνάπτει πρὸς τὴν εἰρημένην πρότερον ἀμφισβήτησιν· rectissime Stahrius : die Frage aber, ob recht- oder unrechtmäfsig, läuft auf die früher angeregte Untersuchung hinaus. Cf. Erfurdt. ad Soph. O. R. 667; Blomfield. ad Aesch. Pers. gl. 887 et verbum προσάπτω Met. XII, 8, p. 1083, b, 18.

δι' ἀγαθὸν — ἢ δι' ἡδονήν· cf. VIII, 2, 2.

ἢ ἁπλῶς ἢ τῷ φιλοῦντι· sive per se bonum iucundumve spectatur, sive amantis rationibus iudicatur : cf. VIII, 2, 2.

καθ' ὁμοιότητά τινα. Nullum est enim, ut ait M. Tullius pr. Planc. II, 5, certius amicitiae vinculum, quam consensus et societas consiliorum et voluntatum : cf. superiora §. 6. Oecon. I, 4, p. 1344, a, 18 αἱ ἀνομοιότητες τῶν ἠθῶν ἥκιστα φιλικόν. Plutarch. de adul. et am. 5.

καθ' αὑτούς· ταύτῃ γὰρ ὅμοιοι καὶ τὰ λοιπά, τό τε ἁπλῶς ἀγαθὸν καὶ ἡδὺ ἁπλῶς ἐστιν· μάλιστα δὲ ταῦτα φιλητά, καὶ τὸ φιλεῖν δὲ καὶ ἡ φιλία ἐν τούτοις μάλιστα καὶ ἀρίστη.

8. Σπανίας δ' εἰκὸς τὰς τοιαύτας εἶναι· ὀλίγοι γὰρ οἱ τοιοῦτοι. ἔτι δὲ προσδεῖται χρόνου καὶ συνηθείας· κατὰ τὴν παροιμίαν γὰρ οὐκ ἔστιν εἰδῆσαι ἀλλήλους, πρὶν τοὺς λεγομένους ἅλας συναναλῶσαι, οὐδ' ἀποδέξασθαι δὴ πρότερον

ταύτῃ γὰρ ὅμοιοι καὶ τὰ λοιπά. Virtute similes, reliquis etiam rebus similes evadunt, voluptate nimirum ultro accedente, id quod insequentia τό τε ἁπλῶς ἀγαθὸν κτλ. manifestum reddunt. Ὅμοιοι autem, pro neutro ὅμοια Giphanio quoque, Zwingero, Cardwello probatum, quum tutetur cod. K[b], invenerit in suis subsidiis Schol. fol. 138[a], legerint Interpres vet. (fol. 27, b hac enim *similes* et reliqua) Argyropulusque, postlimio restitui.

καὶ τὸ φιλεῖν· cf. VIII, 8, 4.

Cap. III, 8—9. ARGUMENTUM. *Bonorum in amicitiam nisi explorati multo usu et cogniti non recipiuntur.*

σπανίας — ὀλίγοι γὰρ οἱ τοιοῦτοι. Eth. N. VII, 1, 3 σπάνιον τὸ θεῖον ἄνδρα εἶναι. Plaut. Trin. III, 1, 19 nimium difficile est reperiri amicum, ita ut nomen cluet.

προσδεῖται χρόνου· οὐ μόνον ἀρετῆς. Paraphr. Eud. Eth. VII, 2, p. 1237, b, 10. p. 1238, a, 14. Cic. Lael. IX, 29 confirmatur amor et beneficio accepto et studio perspecto et consuetudine adiunctà. Theog. el. 125 Or.

οὐ γὰρ ἂν εἰδείης ἀνδρὸς νόον οὔτε γυναικός,
πρὶν πειραθείης ὥσπερ ὑποζυγίου.

εἰδῆσαι· Matth. gr. gr. §. 231, εἰδῶ. Buttmann. tom. I, §. 109, p. 547, ed. II; Ar. de An. I, 1, p. 402, b, 22 codd.; M. M. I, 1, p. 1182, a, 8· II, 10, p. 1208, a, 35. coll. Top. I, 18, p. 108, a, 28.

τοὺς λεγομένους ἅλας. De participio cf. Matth. gr. gr. §. 557 pr.; Kuehner. §. 476, not.; Krueger. I, II, p. 109, n. 3. De sententià vide Eth. Eud. VII, 2, p. 1238, a, 2. Cic. Lael. XIX, 67 verumque illud est, quod dicitur, multos modios salis simul edendos esse, ut amicitiae munus expletum sit. Ibid. XXI, 78. Sap. Sirac. VI, 7—8 εἰ κτᾶσαι φίλον, ἐν πειρασμῷ κτῆσαι αὐτὸν καὶ μὴ ταχὺ ἐμπιστεύσῃς αὐτῷ· ἔστι γὰρ φίλος ἐν καιρῷ αὐτοῦ καὶ οὐ μὴ παραμείνῃ ἐν ἡμέρᾳ θλίψεώς σου. Ibid. IX, 15 οἶνος νέος φίλος νέος· ἐὰν παλαιωθῇ, μετ' εὐφροσύνης πίεσαι αὐτόν.

οὐδ' ἀποδέξασθαι δή· de verbo ἀποδέξασθαι cf. VIII, 5, 3, de particulis οὐδὲ δή infra IX, 4, 9.

οὐδ' εἶναι φίλους, πρὶν ἂν ἑκάτερος ἑκατέρῳ φανῇ φιλητὸς καὶ πιστευθῇ. 9. οἱ δὲ ταχέως τὰ φιλικὰ πρὸς ἀλλήλους ποιοῦντες βούλονται μὲν φίλοι εἶναι, οὐκ εἰσὶ δέ, εἰ μὴ καὶ φιλητοί, καὶ τοῦτ' ἴσασι· βούλησις μὲν οὖν ταχεῖα φιλίας γίγνεται, φιλία δ' οὔ. αὕτη μὲν οὖν καὶ κατὰ τὸν χρόνον καὶ κατὰ τὰ λοιπὰ τελεία ἐστί, καὶ κατὰ πάντα ταὐτὰ γίγνεται καὶ ὅμοια ἑκατέρῳ παρ' ἑκατέρου· ὅπερ δεῖ τοῖς φίλοις ὑπάρχειν.

Cap. IV. *Ἡ δὲ διὰ τὸ ἡδὺ ὁμοίωμα ταύτης ἔχει· καὶ*

πρὶν ἄν. Matth. gr. gr. §. 522, 2, c; Rost. §. 121, I, 5; Kuehner. §. 807, 1. — *πιστευθῇ·* Matth. §. 490; Rost. §. 112, 5; Kuehner. §. 413, 4. — Plutarch. de frat. am. 8 *τοὺς ἀλλοτρίους, ὡς ἔλεγε Θεόφραστος, οὐ φιλοῦντα δεῖ κρίνειν, ἀλλὰ κρίναντα φιλεῖν.* Rutil. Lup. de fig. p. 21 Ruhnk. Unde illud Senecae ep. III, 2 : post amicitiam credendum est, ante amicitiam iudicandum. Cic. Lael. XVI, 60.

§. 9. *Οἱ δὲ ταχέως.* Occurrit quodammodo quaestioni, inquit Giphanius. Nam quod quidam, etiam nullo interposito tempore, officia inter se praestant, non hoc satis est argumenti, nullo amicitiae opus esse tempore. Hi enim, tametsi officia amicorum praestant (*τὰ φιλικὰ πρὸς ἀλλ. ποιοῦντες*), non tamen continuo sunt amici, qui nisi prius amore digni fuerint, esse possunt nulli. Voluntas igitur cito et cupiditas amicitiae esse potest, amicitia non item.

βούλονται — οὐκ εἰσὶ δέ. Eth. Eud. VII, 2, p. 1237, b, 18. Particulam *μέν* cod. K[b] fastidit.

εἰ μὴ καὶ φιλητοί. De verbo *εἰσί* praetermisso consulendi sunt Matth. gr. gr. §. 306, 3; Rost. §. 100, 3, not. 3; Kuehner. §. 417, 2, d, not.; Winer. gr. N. T. p. 656; Eth. N. VI, VII, 4 *εἰ μὴ καὶ ἰατρικὴ μία περὶ πάντων τῶν ὄντων.* Cf. IX, 6, 2; VII, XIII, 7, al. Quod autem sequitur *καὶ τοῦτ' ἴσασιν·* hoc est: *καὶ εἰ μὴ τοῦτο (εἶναι αὐτοὺς φιλητοὺς) ἴσασιν.* Cf. Erfurdt. ad Soph. Oed. R. 889, infra in nostro libello IX, 6, 4 *καθάπερ καὶ φίλους εἶναι (οὐχ οἷόν τε)* et VIII, 4, 2.

βούλησις μὲν οὖν. Equidem pro *μὲν γάρ*, a Bekkero probatâ, *μὲν οὖν* dictionem et a Paraphr. relatam et Bekkero certe teste in cod. K[b] servatam et ab Interprete vetere (fol. 27, b voluntas quidem igitur) contestatam, retinere malui : quâ quidem dictione (ut est supra cap. I, 7 demonstratum) disputationis conclusio hunc in modum indicatur : his igitur de causis (§. 8 et 9 prolatis) id, quod posuimus, ad veram amicitiam confirmandam multo esse tempore opus ac consuetudine, colligitur.

Cap. IV, 1—3. ARGUMENTUM. *Amicitiae propter voluptatem et utilitatem conglutinatae cum verâ, quae propter virtutem fit, comparantur.*

γὰρ οἱ ἀγαθοὶ ἡδεῖς ἀλλήλοις· ὁμοίως δὲ καὶ ἡ διὰ τὸ χρήσιμον· καὶ γὰρ τοιοῦτοι ἀλλήλοις οἱ ἀγαθοί. μάλιστα δὲ καὶ ἐν τούτοις αἱ φιλίαι διαμένουσιν, ὅταν τὸ αὐτὸ γίγνηται παρ' ἀλλήλων, οἷον ἡδονή, καὶ μὴ μόνον οὕτως, ἀλλὰ καὶ ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ, οἷον τοῖς εὐτραπέλοις, καὶ μὴ ὡς ἐραστῇ καὶ ἐρωμένῳ· οὐ γὰρ ἐπὶ τοῖς αὐτοῖς ἥδονται οὗτοι, ἀλλ' ὁ μὲν ὁρῶν ἐκεῖνον, ὁ δὲ θεραπευόμενος ὑπὸ τοῦ ἐραστοῦ· λῃγούσης δὲ τῆς ὥρας, ἐνίοτε καὶ ἡ φιλία λήγει· τῷ μὲν γὰρ οὐκ ἔστιν ἡδεῖα ἡ ὄψις, τῷ δ' οὐ γίγνεται ἡ θεραπεία.

καὶ γὰρ οἱ ἀγαθοὶ κτλ. Vocem *καί* in talibus Latinum *etiam* valere, docent Kuehner. gr. gr. §. 754, n. 3; Krueger. I, II, p. 321: cuius sunt generis hi loci: VIII, 4, 4. VIII, 9, 1. 2. IX, 1, 8. De sententiâ contende cap. 3, 6—7. VIII, 6, 6; Eth. Eud. VII, 2, p. 1237, a, 26 sqq.; M. M. II, 11, p. 1209, b, 33 sqq.

τοιοῦτοι ἀλλήλοις οἱ ἀγαθοί· tales, quales τὸ χρήσιμον invicem sibi parent. In proximis pro διαμένουσιν codd. K^b O^b μένουσιν ministrant: quod num sit verum, correctumque διαμένουσιν ob extremam §. 1 et §. 2, an factum errore scribentium, diiudicare equidem non audeo.

ὅταν τὸ αὐτὸ γίγνηται παρ' ἀλλήλων· ὅταν τὸ αὐτὸ ἀλλήλοις παρέχωσιν, οἷον εἰ χρήσιμός ἐστιν ἑκάτερος ἑκατέρῳ ἢ ἡδύς. Paraphr.

μὴ μόνον οὕτως· manent hae amicitiae, quum par pari inter se referunt, ac non solum ita, scil. ut diximus, hoc est: quum non in universum res generis eiusdem ultro citroque praestant (e. gr. voluptates), sed quum ex eodem fonte eiusdem speciei voluptas rependitur, id quod significant proxima ἀλλὰ καὶ ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ· cf. VIII, 6, 4 et de voc. οὕτως Herm. 12, p. 21, b, 5; Met. V, 3, p. 1027, b, 3, al.

ἐραστῇ καὶ ἐρωμένῳ· cf. VIII, 8, 6 et Eth. Eud. VII, 10, p. 1243, b, 17; M. M. II, 11, p. 1210, a, 36. — *ἐπὶ τοῖς αὐτοῖς·* cf. IX, 9, 6. IX, 11, 3. 4. 5; Top. II, 2, p. 109, b, 36; Eth. N. III, 1, 13; Matth. gr. gr. §. 586, ζ; Kuehner. §. 612, 3, e; Krueger. I, II, p. 304, n. 6. Sententiam hoc pacto Paraphr. explicat: οὗτοι γὰρ ἡδονὴν μὲν παρέχουσιν ἀλλήλοις, ἀλλ' οὐ τὸν αὐτὸν τρόπον, ἀλλὰ κτλ. — Corn. Nep. praef.: laud. in Graeciâ ducitur adolescentibus quam plurimos habere amatores. Becker. in l. Charikles, I, p. 346 sqq.; Fr. Jacobs. in l. vermischte Schriften, III, p. 212 sqq.

θεραπευόμενος. Verba θεραπεύειν et θεραπεία de cultu et observantiâ eorum, qui favorem alicuius captant, haud raro sumuntur: cf. infra IX, 5, 3. Lucian. D. Mort. VIII: Ἑρμόλαον τὸν πάνυ πλούσιον, ἄτεκνον ὄντα, ἐθεράπευον ἐπὶ θανάτῳ, κἀκεῖνος οὐκ ἀηδῶς τὴν θεραπείαν προσίετο, et homines doctos testes a Winckelmanno ad Plutarchi Erot. p. 12, 6 citatos.

πολλοὶ δ' αὖ διαμένουσιν, ἐὰν ἐκ τῆς συνηθείας τὰ ἤθη στέρξωσιν, ὁμοήθεις ὄντες. **2.** *οἱ δὲ μὴ τὸ ἡδὺ ἀντικαταλλαττόμενοι, ἀλλὰ τὸ χρήσιμον ἐν τοῖς ἐρωτικοῖς, καὶ εἰσὶν ἧττον φίλοι καὶ διαμένουσιν. οἱ δὲ διὰ τὸ χρήσιμον ὄντες φίλοι ἅμα τῷ συμφέροντι διαλύονται· οὐ γὰρ ἀλλήλων ἦσαν φίλοι, ἀλλὰ τοῦ λυσιτελοῦς. δι' ἡδονὴν μὲν οὖν καὶ διὰ τὸ χρήσιμον καὶ φαύλους ἐνδέχεται φίλους ἀλλήλοις εἶναι καὶ ἐπιεικεῖς φαύλοις καὶ μηδέτερον ὁποιῳοῦν· δι' αὑτοὺς δὲ*

πολλοὶ δ' αὖ· de particulis δὲ αὖ expende Eth. N. IX, 2, 9. IX, 4, 8. III, 4, 3. IV, 1, 39—40; Krueger. gr. gr. I, II, p. 312; Kuehner. §. 739; Rost. §. 134, B, 6, b; Klotz. ad Devar. II, p. 208. 210; Hartung. in l. Lehre von den Part. der gr. Spr. I, p. 155. De re cf. Plat. symp. p. 183, e ab Zellio allatum.

τὰ ἤθη. Plat. Alc. I, p. 131 (ibique Buttmann.) ὁ δὲ τῆς ψυχῆς ἐρῶν οὐκ ἄπεισιν, ἕως ἂν ἐπὶ τὸ βέλτιον ἴῃ.

ὁμοήθεις ὄντες. Vide Matth. gr. gr. §. 566, 4; Kuehner. §. 667, b; Rost. §. 130, 1; infra IX, 9, 5.

§. 2. εἰσὶν ἧττον φίλοι καὶ διαμένουσιν. Adverbium ἧττον et ad εἰσὶν et ad διαμένουσιν, haud secus atque VIII, 6, 7 refertur. Simili ratione voc. εὖ verbo enunciati posteriori cogitando adiicitur in his: IX, 7, 1. 2. IX, 9, 2. VIII, 13, 4. VIII, 14 extr. — Ceterum Paraphr. hunc locum enarrans silentio verba ἐν τοῖς ἐρωτικοῖς premit, pro voc. τὸ ἡδὺ legit τὸ αὐτό: quo iure, diiudicandum aliis relinquo.

ἦσαν· quum coibant societatem. Cf. IX, 3, 1. 3. IX, 1. 3.

καὶ φαύλους. In eandem sententiam loquuntur Eud. Eth. VII, 2, p. 1236, b, 10. p. 1238, a, 35; auctor M. M. II, 11, p. 1209, b, 35. Verba ita collocata ἀλλήλοις εἶναι, non εἶναι ἀλλήλοις, defendunt codd. K[b] M[b] maximeque Interpretis vet. (fol. 27, b) auctoritas.

ἐπιεικεῖς φαύλοις. ἔστι γὰρ καὶ τῷ ἐπιεικεῖ τοῦ φαύλου χρεία πολλάκις. δυνατὸν γὰρ ναύαρχόν τινα ἀγαθὸν ἢ στρατηγὸν ἄριστον μὴ πάνυ τοὺς τρόπους ἀγαθὸν εἶναι, ὧν χρείαν ἔχειν τὸν σπουδαῖον οὐδὲν κωλύει. καὶ ἥδεσθαι δὲ σπουδαῖον φαύλοις οὐκ ἔστιν ἀδύνατον. εἰσὶ γὰρ οἱ τοὺς μὲν τρόπους ἀπᾴδουσι, διαλεγόμενοι δὲ καὶ φιλοσοφοῦντες καὶ τῷ δεινοί τινες εἶναι τῆς ἀληθείας καταστοχαζόμενοι καὶ τοῦ ἀγαθοῦ τοῖς σπουδαίοις ἡδεῖς γίγνονται. Paraphr. De voce ἐπιεικής VIII, 11, 5 dicemus.

μηδέτερον ὁποιῳοῦν· τὸν μήτ' ἐπιεικῆ μήτε φαῦλον φίλον εἶναι ἐνδέχεται καὶ τῷ ἐπιεικεῖ καὶ τῷ φαύλῳ καὶ τῷ μήτ' ἐπιεικεῖ μήτε φαύλῳ. De voc. μηδέτερος vide Poet. XIV, p. 1453, b, 16; XXV, p. 1460, b, 35: de voc. ὁποιοσοῦν Eth. N. VII, 9, 1; Met. XII, 6, p. 1080, a, 20 coll. An. pr. II, 3. p. 55, b, 23; de Gen. An. II, 8, p. 747, b, 12.

δῆλον ὅτι μόνους τοὺς ἀγαθούς· οἱ γὰρ κακοὶ οὐ χαίρουσιν ἑαυτοῖς, εἰ μή τις ὠφέλεια γίγνοιτο. 3. καὶ μόνη δὲ ἡ τῶν ἀγαθῶν φιλία ἀδιάβλητός ἐστιν· οὐ γὰρ ῥᾴδιον οὐδενὶ πιστεῦσαι περὶ τοῦ ἐν πολλῷ χρόνῳ ὑπ' αὐτοῦ δεδοκιμασμένου. καὶ τὸ πιστεύειν ἐν τούτοις, καὶ τὸ μηδέποτ' ἂν

δι' αὐτούς. Pronomen αὑτοὺς Bekkerus codd. conspirantibus suis pro αὐτούς, Krischio, l. p. 3 nominato, qui §. 6 conferri iubet et idem αὑτοὺς servasse Paraphrastam vere monet, huic consilio subscribente, edidit. De verbis δῆλον ὅτι infra IX, 11, 4 grammaticos nominabo.

οὐ χαίρουσιν ἑαυτοῖς· ἀλλήλοις recte Coraes explanat : neque enim quae infra IX, 4, 9 exiguntur, ea huc pertinent.

§. 3. καὶ μόνη δέ. καὶ — δὲ particulae ita superioribus adnectunt res, ut vocabulo inter eas interposito, graviter acuto elatoque, res nova prioribus opponatur : ut h. l. et *sola* vero bonorum amicitia virorum criminationibus et calumniis vacat : cf. superiora VIII, 1, 2. VIII, 3, 5 et sexcenta id genus alia, de quibus vide Rost. gr. gr. §. 134, B, n. 4; Kuehner. §. 737, 2; Krueger. I, II, p. 319, n. 10; Hartung. in l. Lehre von den Partikeln der gr. Spr. I, p. 182; Winer. gr. N. T. p. 522; Mullach. ad Ocell. Luc. in append. ad Ar. de Xen. Zen. p. 204; Waitz. ad Cat. p. 1, a, 9 (p. 272).

ἀδιάβλητος· τοιαύτη, ἐν ᾗ οὐκ ἀποδέχεται ὁ φιλῶν τὰς κατὰ τοῦ φιλουμένου διαβολάς. Coraes.

ὑπ' αὐτοῦ. Voc. αὐτοῦ e codd. Lb Kb (in quo quidem ὑφ' αὐτοῦ legitur), El. et Interprete vetere fol. 27, b pro ὑπ' αὐτῶν adscivi : quo quidem voc. ὁ φίλος, ἀγαθὸς ὤν, intelligitur : cf. infra VIII, 12, 2 τὸ ἐξ αὐτοῦ et Plat. Gorg. p. 520, e ibique Stallbaum. Ar. Pol. I, 2, p. 1252, a, 30 quem locum infra VIII, 12, 7 (συνδυαστικὸν μᾶλλον ἢ πολιτικόν) dabimus.

τὸ πιστεύειν ἐν τούτοις. Sap. Sirac. VI, 14—17 φίλος πιστὸς φάρμακον ζωῆς, καὶ οἱ φοβούμενοι Κύριον εὑρήσουσιν αὐτόν· ὁ φοβούμενος Κύριον εὐθύνει φιλίαν αὐτοῦ, ὅτι κατ' αὐτὸν οὕτως καὶ ὁ πλησίον αὐτοῦ. Cic. Lael. XVIII, 65. XXII, 35.

ἂν ἀδικῆσαι. Matth. gr. gr. §. 598, a; Kuehner. §. 455, 2; Rost. §. 120, 6, e, aa, β; Hermann. de p. ἄν p. 179; Baeumlein. in l. Untersuchungen über die gr. Modi p. 351; Jacobs. ad Aeliani H. A. II, p. 428. Cf. Eth. N. IX, 1, 7. III, 2, 8. IV, 1, 39, p. 1121, b, 28, ubi non recte in Lb Mb ἂν omissum : Rhet. I, 12, p. 1372, a, 7; ibid. a, 24; ibid. a, 30; Pol. V, 10, p. 1311, b, 14; de Xen. p. 976, b, 12 et ad hunc locum Mullach. p. 34. Laelius Ciceronis XXVII, 103 : nunquam Scipionem, inquit, ne minimâ quidem re offendi, *quod quidem senserim* : nihil audivi ex eo ipse, quod nollem.

ἀδικῆσαι καὶ ὅσα ἄλλα ἐν τῇ ὡς ἀληθῶς φιλίᾳ ἀξιοῦται. ἐν δὲ ταῖς ἑτέραις οὐδὲν κωλύει τὰ τοιαῦτα γίγνεσθαι.

4. Ἐπεὶ γὰρ οἱ ἄνθρωποι λέγουσι φίλους καὶ τοὺς διὰ τὸ χρήσιμον, ὥσπερ αἱ πόλεις (δοκοῦσι γὰρ αἱ συμμαχίαι ταῖς πόλεσι γίγνεσθαι ἕνεκα τοῦ συμφέροντος), καὶ τοὺς δι' ἡδονὴν ἀλλήλους στέργοντας, ὥσπερ οἱ παῖδες, ἴσως λέγειν μὲν δεῖ καὶ ἡμᾶς φίλους τοὺς τοιούτους, εἴδη δὲ τῆς φιλίας

ἐν δὲ ταῖς ἑτέραις. Eth. Eud. VII, 2, p. 1237, b, 23.

οὐδὲν κωλύει· dictio Aristoteli frequentissima (cf. Anal. pr. 14, p. 33, a, 38; Phys. I, 3, p. 187, a, 5; a, 9; Eth. N. IV, 1, 19; VII, 13, 2) quâ „*quod fieri potest*" (ut ait Bonitz. obss. cr. in M. M. et Eth. Eud. p. 59) indicatur.

Cap. IV, 4—5. ARGUMENTUM. *Vera ac propria amicitia quamquam illa sit, quae in virtute collocetur, cur tamen plures amicitiae species distinguere malit, auctor edocet.*

ἐπεὶ γὰρ κτλ. Sententiam, quâ se societates voluptatis et utilitatis studio excitas suo quodam iure in amicitiarum numero habere docet philosophus, causali particulâ adiunctam superioribus, ita enarra : iurgia possunt et suspiciones si non in bonorum amicitiâ, at in amicitiis nasci reliquis (ἐν ταῖς ἑτέραις) : in reliquis inquam : namque . . . . nosti cetera. Cf. Kuehner. gr. gr. §. 754, a; Rost. §. 134, 7; Matth. §. 615. Similiter Latinorum *nam* usurpatur, ut in hoc Ciceronis Cat. I, 1, 3 : an vero P. Scipio Ti. Gracchum mediocriter labefactantem statum rei publicae privatus interfecit : Catilinam orbem terrae caede atque incendiis vastare cupientem nos consules perferamus? *Nam* illa nimis antiqua praetereo, quod C. Servilius Ahala Sp. Maelium, novis rebus studentem, manu suâ occidit. Cfr. Weissenborn. gr. lat. §. 361, n. 1; Frotscherus, quem praeceptorem optimum honoris causâ nomino, ad Quintil. X, 3, 10; Haasius in l. Reisig's Vorlesungen über lat. Sprachw. p. 461.

ὥσπερ αἱ πόλεις — ὥσπερ οἱ παῖδες· explanat Paraphr. ὥσπερ αἱ πόλεις τοὺς συμμάχους ὀνομάζουσι φίλους — ὥσπερ οἱ ἐν συνηθείᾳ παῖδες ἀλλήλους ὀνομάζουσι φίλους. Ceterum attende membrorum orationis concinnitatem, his verbis conspicuam :

τοὺς διὰ τὸ χρήσιμον, ὥσπερ αἱ πόλεις
τοὺς δι' ἡδονήν, ὥσπερ οἱ παῖδες.

Cfr. liber aureus hominibus antiquitatis amantibus nunquam satis commendandus C. O. Muelleri, viri immortalis, Geschichte der gr. Litteratur cap. 32 seqq.; Gevers. de Lys. Epitaph. auct. cap. alt. p. 20.

εἴδη δὲ τῆς φιλίας πλείω. Eth. Eud. VII, II, p. 1236, a, 15 ἀνάγκη ἄρα τρία φιλίας εἴδη εἶναι, καὶ μήτε καθ' ἓν ἁπάσας, μήθ' ὡς εἴδη ἑνὸς γένους, μήτε πάμπαν λέγεσθαι ὁμωνύμως κτλ. ibid. b, 21 τὸ μὲν οὖν ἐκείνως μόνον λέγειν τὸν φίλον, βιάζεσθαι τὰ φαινόμενά ἐστι,

πλείω, καὶ πρώτως μὲν καὶ κυρίως τὴν τῶν ἀγαθῶν ᾗ ἀγαθοί, τὰς δὲ λοιπὰς καθ' ὁμοιότητα· ᾗ γὰρ ἀγαθόν τι καὶ ὅμοιόν [τι], ταύτῃ φίλοι· καὶ γὰρ τὸ ἡδὺ ἀγαθὸν τοῖς φιληδέσιν. 5. οὐ πάνυ δ' αὗται συνάπτουσιν, οὐδὲ γίγνονται οἱ αὐτοὶ φίλοι διὰ τὸ χρήσιμον καὶ διὰ τὸ ἡδύ· οὐ γὰρ πάνυ συνδυάζεται τὰ κατὰ συμβεβηκός.

καὶ παράδοξα λέγειν ἀναγκαῖον· καθ' ἕνα δὲ λόγον πάσας ἀδύνατον (emendante Bonitzio). M. M. II, 11, p. 1209, a, 16 *εἰσὶ γὰρ ἀπὸ τῆς παντελοῦς φιλίας, τῆς ἐν τοῖς σπουδαίοις, καὶ αὗται αἱ φιλίαι, ἥ τε κατὰ τὸ ἡδὺ καὶ ἡ κατὰ τὸ συμφέρον. εἰσὶ δὲ καὶ αἱ φιλίαι αὗται, ἥ τε κατὰ τὸ ἀγαθὸν καὶ ἡ κατὰ τὸ ἡδὺ καὶ ἡ κατὰ τὸ συμφέρον, οὐχ αἱ αὐταὶ μέν, οὐ παντελῶς δὲ οὐδὲ ἀλλότριαι ἀλλήλων, ἀλλ' ἀπὸ ταὐτοῦ πως ἠρτημέναι εἰσίν. — οὔτε δὴ ὁμωνύμως λέγονται, ἀλλ' οὐκ εἰσὶ μὲν αἱ αὐταί, περὶ ταὐτὰ δέ πως καὶ ἐκ τῶν αὐτῶν εἰσιν.*

πρώτως καὶ κυρίως· primo ac proprie : cf. VIII, 7, 3; IX, 9, 7; Waitz. ad Herm. p. 16, a, 6 (p. 325). Quam sit solemne Aristoteli *λέγειν* verbum cum adverbiis *πρώτως* — *δευτέρως* coniungere Bonitzius obss. cr. in Metaph. p. 62 docet. Cic. Lael. XXIII, 86 una est enim amicitia in rebus humanis.

ᾗ γὰρ ἀγαθόν τι κτλ. nam quâtenus bonum quoddam vel similitudo quaedam in voluptatis utilitatisque cupidis inest, eâtenus sunt amici. Haec unice est verborum sententia, iam Argyropulo perspecta. Voci *τὶ* post *ὅμοιον* a me adiunctae in codd. K^b M^b et accuratâ oratione Interpretis vet. (fol. 27, b bonum aliquid et simile aliquid) satis praesidii est.

§. 5. *οὐ πάνυ δ' αὗται συνάπτουσιν· μικτὴ φιλία ἀπὸ χρησίμου καὶ ἡδέος οὐ πάνυ γίγνεται.* Paraphr. In veram amicitiam dum concurrunt omnia, bonum, utile, iucundum, hae reliquae eo quoque sunt inferiores, quod qui utile simul et dulce, remoti a virtute, afferant, haud facile reperiuntur.

οὐ γὰρ πάνυ συνδυάζεται τὸ κατὰ συμβεβηκός· neque enim facile res quae sunt per accidens et fortuitae coniunctae reperiuntur. Nimirum *τὸ συμβεβηκός*, quod *accidens* significare VIII, 3, 2 vidimus, ita quoque ab Aristotele dicitur, ut *fortuiti* notionem teneat. Cf. Met. IV, 30, p. 1025, a, 15 *συμβεβηκὸς λέγεται ὃ ὑπάρχει μέν τινι καὶ ἀληθὲς εἰπεῖν, οὐ μέντοι οὔτ' ἐξ ἀνάγκης οὔτ' ἐπὶ τὸ πολύ, οἷον εἴ τις ὀρύττων φυτῷ βόθρον εὗρε θησαυρόν. τοῦτο τοίνυν συμβεβηκὸς τῷ ὀρύττοντι τὸν βόθρον τὸ εὑρεῖν θησαυρόν· οὔτε γὰρ ἐξ ἀνάγκης τοῦτο ἐκ τούτου ἢ μετὰ τοῦτο, οὔθ' ὡς ἐπὶ τὸ πολύ, ἄν τις φυτεύῃ, θησαυρὸν εὑρίσκει.* De verbo *συνδυάζεται* vide Zell. ad Eth. N. IV, 1, 30 *τὰ μὲν οὖν τῆς ἀσωτίας οὐ πάνυ συνδυάζεται* et quae infra VIII, 12, 7 dicentur.

6. *Εἰς ταῦτα δὲ τὰ εἴδη τῆς φιλίας νενεμημένης, οἱ μὲν φαῦλοι ἔσονται φίλοι δι' ἡδονὴν ἢ τὸ χρήσιμον, ταύτῃ ὅμοιοι ὄντες, οἱ δ' ἀγαθοὶ δι' αὑτούς [φίλοι]· ᾗ γὰρ ἀγαθοί. οὗτοι μὲν οὖν ἁπλῶς φίλοι, ἐκεῖνοι δὲ κατὰ συμβεβηκὸς καὶ τῷ ὡμοιῶσθαι τούτοις.*

Cap. V. *Ὥσπερ δ' ἐπὶ τῶν ἀρετῶν οἱ μὲν καθ' ἕξιν, οἱ δὲ κατ' ἐνέργειαν ἀγαθοὶ λέγονται, οὕτω καὶ ἐπὶ τῆς*

Cap. IV, 6. ARGUMENTUM. *Discrimina trium amicitiarum summatim indicantur.*

ἔσονται φίλοι· de futuro tempore vide VIII, 7, 6. Proxima verba *ταύτῃ ὅμοιοι ὄντες* ita enarrat Schol. : *τουτέστι κατὰ τοῦτο ὅμοιοι ὄντες, καθὸ ἡδεῖς ἢ χρήσιμοι ἀλλήλοις, καὶ ᾗ παρέχουσιν ἀλλήλοις ἡδονὴν ἢ ὠφέλειαν.* — *φίλοι* voc. post *δι' αὑτούς* quum nesciat cod. K[b], si minus in exilium, at in carcerem certe actum volui.

τῷ ὡμοιῶσθαι τούτοις. *Ὁμοιοῦσθαι* praesenti tempore hoc est : adaequari cum aliquo, vel similem alicui existere, vel comparari cum aliquo (vide VIII, 12, 4. IX, 3, 3. IX, 4, 6. IX, 12, 3) : *ὡμοιῶσθαι* perfecto tempore : evasisse, factum esse alicui similem (vide Eth. N. III, 8, 3 *ὡμοίωται αὕτη ἡ ἀνδρεία μάλιστα τῇ πρότερον εἰρημένῃ*). Confer Mullachium ad Ar. de Xen. p. 977, b, 8 (p. 44) etiam Plat. Rep. VI, p. 498, e ad partes vocantem.

Cap. V — VI, 1. ARGUMENTUM. *Subsidia sunt amicitiae convictus* (§. 1 et VI, 1), *morum suavitas* (§. 2—3), *imprimis autem virtus* (§. 4—5).

οἱ μὲν καθ' ἕξιν, οἱ δὲ κατ' ἐνέργειαν ἀγαθοὶ λέγονται. *ἕξιν* hominis probi appellat Aristoteles *qualitatem* sive *habitum* (proprie das Verhalten, ab *habendi* verbo, ut *ἕξις* a verbo *ἔχω*), *habitum*, inquam, *constantem certumque animi ad virtutem studio ac contentione conversi* et ad hanc quasi praeculti et praeparati rectis studiis et artibus (die erworbene, aber bleibende Fertigkeit der Seele, welche nach Tugend strebt : *ἕξεις λέγω, καθ' ἃς πρὸς τὰ πάθη ἔχομεν εὖ ἢ κακῶς*, Eth. N. II, 5, 2; Eud. II, 2, p. 1220, b, 7; Met. IV, 20, p. 1022, b, 10; cll. Cic. de inv. I, 25, 36). Qui habitus quum sit laudabilis, tamen ad felicitatem assequendum accedat necesse est *ἐνέργεια*, *actus* seu *operatio* virtutis, ut sit *in opere* animus (Sen. tranq. an. III, 2) : quae dicitur, ut barbare die Verwirklichung, Wirklichkeit, a nomine Werk, ita ab *ἔργον* nomine *ἐνέργεια* : cf. Met. VIII, 8, p. 1050, a, 22 : nam actuosa est virtus, neo *possessio* eius, sed *usus* reddit beatum : ut in ludis Olympieis non valentissimi quique coronâ donantur, sed illi qui certant victores soli : cf. Eth. N. I, 8, locum ad voc. *καθεύδοντες* infra laudandum, M. M. I, 4, p. 1184, b, 31 et IX, 9, 5. Plura qui cognoscere vult, Trendelenburgium adeat ad Ar. de an. p. 311, el. log. Arist. §. 4 et Biesium, die Phil. des Arist. I, p. 74 sqq., p. 485 sq.

φιλίας· οἱ μὲν γὰρ συζῶντες χαίρουσιν ἀλλήλοις καὶ πορίζουσι τἀγαθά, οἱ δὲ καθεύδοντες ἢ κεχωρισμένοι τοῖς τόποις οὐκ ἐνεργοῦσι μέν, οὕτω δ' ἔχουσιν ὥστ' † ἐνεργεῖν φιλικῶς· οἱ γὰρ τόποι οὐ διαλύουσι τὴν φιλίαν ἁπλῶς, ἀλλὰ τὴν ἐνέργειαν. ἐὰν δὲ χρόνιος ἡ ἀπουσία γίγνηται, καὶ τῆς φιλίας λήθην δοκεῖ ποιεῖν· ὅθεν εἴρηται·

οὕτω καὶ ἐπὶ τῆς φιλίας. Hoc existimari auctor vult : οὕτω καὶ ἐπὶ τῆς φιλίας ἔχει, καὶ οἱ μὲν καθ' ἕξιν, οἱ δὲ κατ' ἐνέργειαν φίλοι λέγονται. Amici καθ' ἕξιν, *habitu*, sunt (ut mea faciam verba Giphanii) vel dormientes, vel absentes, vel ad convictum inepti, ut insuaves et acerbae naturae homines, avari, senes, Demeae : amici κατ' ἐνέργειαν sunt, qui non modo bene sibi volunt, verum etiam voluntatis suae ultro citro edunt documenta. Saepissime autem Aristoteles in tali genere οὕτω ita ponit, ut ἔχει verbo oratio sit supplenda : Eth. N. I, 13, 15 καὶ ἐπὶ τῆς ψυχῆς οὕτως (ἔχει), quemadmodum plene legitur Eth. N. II, 2, 9 οὕτως ἔχει καὶ ἐπὶ τῶν ἀρετῶν. Eth. N. I, 6, 5 εἰ δ' οὕτως (ἔχει) : cf. Zell. ad Eth. N. I, 2, 3; Heindorf. ad Plat. Soph. p. 434 et quae VIII, 2, 2 de adverbio ὁμοίως monuimus.

οἱ μὲν γὰρ συζῶντες — τἀγαθά· qui sunt κατ' ἐνέργειαν φίλοι, contra οἱ καθεύδοντες κτλ. sunt καθ' ἕξιν φίλοι. Nam καθεύδοντες, dormientes, habitum quidem servant amicorum, sed actu carent et operatione amicitiae. Eth. N. I, 8, 9 διαφέρει δὲ οὐ μικρὸν ἐν κτήσει ἢ χρήσει τὸ ἄριστον ὑπολαμβάνειν, καὶ ἐν ἕξει ἢ ἐνεργείᾳ. τὴν μὲν γὰρ ἕξιν ἐνδέχεται μηδὲν ἀγαθὸν ἀποτελεῖν ὑπάρχουσαν, οἷον τῷ καθεύδοντι . . . τὴν δὲ ἐνέργειαν οὐχ οἷόν τε. Eth. N. I, 13, 13; M. M. I, 4, p. 1185, a, 10 οἷον εἴ τις καθεύδοι διὰ βίου, τὸν τοιοῦτον οὐ πάνυ βουλόμεθα λέγειν εὐδαίμονα εἶναι· τὸ μὲν γὰρ ζῆν αὐτῷ ὑπάρχει, ἀλλὰ τὸ ζῆν αὐτῷ κατὰ τὰς ἀρετὰς οὐχ ὑπάρχει, ὃ ἦν κατὰ τὴν ἐνέργειαν.

ἐνεργεῖν φιλικῶς. Locorum intervalla ἐνέργειαν amicitiae tollere quum insequentibus verbis dicat Aristoteles, manere tamen hanc ἐνέργειαν (ἐνεργεῖν φιλικῶς) contendere nequit : hoc solum dicere potest, quod et in vertendis his verbis Lambinus et Dan. Heins. in oratione Paraphrastae expressit : alii quum mutuâ vitae consuetudine et convictu sese oblectant, tum utilitates alter alteri suppeditant (qui sunt amici κατ' ἐνέργειαν) : alii vero (qui sunt amici καθ' ἕξιν) aut dormientes, aut locorum intervallo disiuncti, amicitiae muneribus non funguntur illi quidem, sed ita tamen, fungi ut *possint*, animati sunt. Quare οὕτω δ' ἔχουσιν ὥστ' ἔχειν φιλικῶς esse corrigendum aio. De verbo ἔχειν vide Categ. XV, p. 15, b, 17 (τὸ δὲ ἔχειν κατὰ πλείονας τρόπους λέγεται. ἢ γὰρ ὡς ἕξιν καὶ διάθεσιν ἢ ἄλλην τινὰ ποιότητα), Waitzium p. 322, imprimis Camerarium ad Eth. N. II, 4. — Paullo infra verborum haec collocatio τῆς φιλίας λήθην δοκεῖ ποιεῖν codicis K[b] est, codice O[b] ex parte (λήθην ποιεῖν δοκεῖ) ferente suppetias.

Πολλὰς δὴ φιλίας ἀπροσηγορία διέλυσεν.

2. *Οὐ φαίνονται δ' οὔθ' οἱ πρεσβῦται οὔθ' οἱ στρυφνοὶ φιλικοὶ εἶναι· βραχὺ γὰρ ἐν αὐτοῖς τὸ τῆς ἡδονῆς· οὐδεὶς δὲ δύναται συνημερεύειν τῷ λυπηρῷ οὐδὲ τῷ μὴ ἡδεῖ· μάλιστα γὰρ ἡ φύσις φαίνεται τὸ μὲν λυπηρὸν φεύγειν, ἐφίεσθαι δὲ τοῦ ἡδέος.* 3. *οἱ δ' ἀποδεχόμενοι ἀλλήλους, μὴ συζῶντες δέ, εὔνοις ἐοίκασι μᾶλλον ἢ φίλοις. οὐδὲν γὰρ οὕτως ἐστὶ φίλων ὡς τὸ συζῆν· ὠφελείας μὲν γὰρ οἱ ἐνδεεῖς ὀρέγονται, συνημερεύειν δὲ καὶ οἱ μακάριοι· μονώταις μὲν γὰρ εἶναι τούτοις ἥκιστα προσήκει. συνδιάγειν δὲ μετ' ἀλλήλων οὐκ ἔστι μὴ ἡδεῖς ὄντας μηδὲ χαίροντας τοῖς αὐτοῖς, ὅπερ ἡ ἑταιρικὴ δοκεῖ ἔχειν.*

πολλὰς δὴ κτλ. Incerti versus auctoris est.

§. 2. *οἱ στρυφνοί.* Cic. Lael. XVIII, 66 accedat huc suavitas quaedam oportet sermonum atque morum, haudquaquam mediocre condimentum amicitiae. Tristitia autem et in omni re severitas habet illa quidem gravitatem, sed amicitia remissior esse debet et liberior et dulcior et ad omnem comitatem facilitatemque proclivior.

τὸ τῆς ἡδονῆς· μεθ' ἡδονῆς γὰρ πᾶσα φιλία. Schol. Paullo infra *προσημερεύειν* habet cod. K[b], memoratu certe dignum vocabulum, repertum idem apud Etym. M. s. v. *Δράκαυλος*.

μάλιστα γὰρ κτλ. Eth. N. X, 1, 1 *τὰ μὲν γὰρ ἡδέα προαιροῦνται, τὰ δὲ λυπηρὰ φεύγουσιν.* Cf. VIII, 6, 4. De Chiasmi figurâ vide Kuehner. gr. gr. §. 865, 3; Krueger. gr. lat. §. 698, n. 3; Weissenb. §. 493, n. 1.

§. 3. *ἀποδεχόμενοι.* Hoc quidem loco *ἀποδέχεσθαι* de hominibus probatis ideoque in amicitiam receptis intelligatur necesse est, ut in illo Xen. Mem. IV, 1, 1 *ἀποδέχεσθαι Σωκράτην*, et nostri libelli VIII, 3, 8. IX, 3, 3. Aliis in locis de rebus dictisve cum assensu acceptis consuetudo fert Aristotelis : Eth. N. I, 3, 4. 8. IV, 3, 17.

οἱ μακάριοι· cf. IX, 9, 1.

μονώταις. De casu tertio cf. Matth. gr. gr. §. 536, c; Rost. §. 127; Kuehner. §. 645, 3; libelli nostri VIII, 8, 7. VIII, 6, 2 : de re IX, 9, 3.

μὴ ἡδεῖς ὄντας. M. M. II, 11, p. 1210, a, 2 *εἰς γὰρ τὸ συζῆν οὐδὲν μεῖζόν ἐστι τοῦ ἡδεῖς εἶναι.*

ἡ ἑταιρική· ἡ ἑταιρικὴ φιλία IX, 10, 6 appellatur : *ἑταῖροι* sunt angustiori significatione nominis *sodales*, homines amici inde a pueris (Ter. Heaut. I, 2, 9), quorum intimam fraternitatem (*ἑταιρικὴν φιλίαν*) institutio eadem et consuetudo quotidiana conciliat (VIII, 12, 4 *οἱ συνήθεις ἑταῖροι*, coll. VIII, 12, 8), quales e gr. Achilles et Patroclus informantur (Il. XXIII, 84 sqq.).

4. Μάλιστα μὲν οὖν ἐστι φιλία ἡ τῶν ἀγαθῶν, καθάπερ πολλάκις εἴρηται· δοκεῖ γὰρ φιλητὸν μὲν καὶ αἱρετὸν τὸ ἁπλῶς ἀγαθὸν καὶ ἡδὺ [ἑκάστῳ δὲ τὸ αὐτῷ τοιοῦτον· ὁ δ' ἀγαθός]· τῷ δ' ἀγαθῷ ἄμφω ταῦτα. 5. ἔοικε δ' ἡ μὲν φίλησις πάθει, ἡ δὲ φιλία ἕξει, ἡ γὰρ φίλησις οὐχ ἧττον πρὸς τὰ ἄψυχά ἐστιν, ἀντιφιλοῦσι δὲ μετὰ προαι-

Cap. V, 4—5. ARGUMENTUM. *Virtutis cur sit maximum in amicitiâ adiumentum et viri boni* (§. 4) *et amicitiae* (§. 5) *naturâ demonstratur.*

δοκεῖ γὰρ — ἄμφω ταῦτα. Non dubitavi scripturam sequi codicis vetusti K^b, ut, elisis de eius auctoritate verbis ἑκάστῳ — ἀγαθός, haec nascatur sententia simplicissima : bonorum imprimis amicitia est : nam amatur et expetitur id, quod per se est ac simpliciter bonum et iucundum: bono viro autem horum utrumque (et bonum et iucundum) inest : cf. VIII, 3, 6. Verba in cancellorum custodiam coniecta, ex superioribus VIII, 2 2 et VIII, 3, 6 temere illata (quibus servatis, ὁ δ' ἀγαθὸς τῷ ἀγαθῷ δι' ἄμφω ταῦτα tenendum esset), sententiam secundariam fundere buccae garrulae, non oris Aristotelei, non est cur probem multis.

φίλησις. φίλησιν, quam Aristoteles describit, *amorem* latine rectius, quam *amationem* vel *dilectionem* vocabimus, barbare die Liebe aus Zuneigung (Schultz. in l. lat. Synon. p. 103) : est enim cum affectu et desiderio rei amatae coniuncta φίλησις : IX, 5, 1—2 : Cic. Lael. VIII, 26 amor, ex quo amicitia nominatur, princeps est ad benevolentiam iungendam coll. part. or. XXV, 88. Recte igitur ἡ φίλησις comparatur πάθει, *affectui*. Est enim πάθος motus animi externis causis concitati, non integro ac proprio iudicio ad agendum impulsi (Eth. N. II, 5, 2 λέγω δὲ πάθη ἐπιθυμίαν, ὀργήν, φόβον, θράσος, φθόνον, χαρὰν . . . ὅλως οἷς ἕπεται ἡδονὴ ἢ λύπη coll. Rhet. II, 1, p. 1378, a, 20; Metaph. IV, 21, p. 1022, b, 19). Unde τὸ ζῆν κατὰ πάθος contrarium τῷ ζῆν κατὰ λόγον IX, 8, 6 ponitur.

ἡ δὲ φιλία ἕξει. Amicitia quum a certâ mentis deliberatione proficiscatur, si quidem vera est (VIII, 3, 8) *habitus animi stabilis*, ἕξις (vide VIII, 5, 1), vocari recte potest : nam quum *consulto* instituitur (cum προαιρέσει, de quâ notione infra disputabitur, iuncta est), tum *benevolentia* est *ob ipsum amicum* in amicum collata (τἀγαθὰ βούλονται τοῖς φ. ἐκείνων ἕνεκα κτλ.). Sed minus confidenter philosophus loquitur, quum *videri* solum dicat, partim quod antea Eth. N. II, 5, 2. coll. IV, 6, 5. φιλίαν inter πάθη numeraverat, partim quod amicitiae minus probandas species quasdam, maxime hanc quae temere a iuvenibus citoque ineatur (VIII, 3, 5), adversari huic placito videbat, et cum aliquo tamen affectu semper esse φιλίαν coniunctam sentiebat : cf. Rhet. II, 1, p. 1378, a, 19.

οὐχ ἧττον· ἡ πρὸς τὰ ἄψυχα : cf. VIII, 2, 3.

ἀντιφιλοῦσι κτλ. Quum φίλησις, utpote affectus, talia quoque,

ρέσεως, ἡ δὲ προαίρεσις ἀφ' ἕξεως· καὶ τἀγαθὰ βούλονται τοῖς φιλουμένοις ἐκείνων ἕνεκα, οὐ κατὰ πάθος, ἀλλὰ καθ' ἕξιν. καὶ φιλοῦντες τὸν φίλον τὸ αὑτοῖς ἀγαθὸν φιλοῦσιν· ὁ γὰρ ἀγαθός, φίλος γιγνόμενος, ἀγαθὸν γίγνεται ᾧ φίλος. ἑκάτερος οὖν φιλεῖ τε τὸ αὑτῷ ἀγαθόν, καὶ τὸ ἴσον ἀνταποδίδωσι τῇ βουλήσει καὶ τῷ εἴδει· λέγεται γὰρ φιλότης [ἡ] ἰσότης. μάλιστα δὴ τῇ τῶν ἀγαθῶν ταῦθ' ὑπάρχει.

unde redamari non possumus, amplectatur, homines soli, ac probi potissimum, ad redamandum, hoc est ad amicitiam, sunt apti, quippe qui *consilio et ratione* ducantur. Nam προαίρεσις ut in superioribus (Eth. N. III, 2—3) ita et hoc loco et VIII, 13, 11 et IX, 1, 7 *praeelectio* est (ut prisci vocant interpretes) *propositum* vel *consilium*, ex quo agendi principium ducitur. Eth. Eud. II, 10, p. 1226, b, 17 προαίρεσίς ἐστιν ὄρεξις τῶν ἐφ' αὑτῷ βουλευτική. M. M. I, 17, p. 1189, b, 6 ἐστιν ἡ προαίρεσις ἐν τοῖς πρακτοῖς, καὶ τούτοις, ἐν οἷς ἐφ' ἡμῖν ἐστι καὶ πρᾶξαι καὶ μὴ πρᾶξαι, καὶ οὕτως ἢ μὴ οὕτως, καὶ ἐν οἷς ἐστι λαβεῖν τὸ διὰ τί. Rhet. I, 13, p. 1374, a, 11 ἐν προαιρέσει ἐστὶν ἡ μοχθηρία καὶ τὸ ἀδικεῖν. De sententiâ cf. Eud. VII, 2, p. 1236, b, 2.

ἡ δὲ πρ. ἀφ' ἕξεως· cum Paraphr. ita explico : bonae frugi homines ante quam diligant, num sit et cur sit amicus diligendus iudicant, neque extrinsecus ad amandum et fortuitis causis moventur : qui autem cum ratione et consilio animi motus est, is ab habitu proficiscitur. De praeverbio ἀπό cf. IX, 9, 6.

οὐ κατὰ πάθος κτλ. οὐκ ἀλόγως, ἀλλὰ λογιζόμενοι τὴν αἰτίαν. Paraphr.

φιλεῖ τε· unâ ex parte quod ipsi bonum est amat, ex parte alterâ τὸ ἴσον ἀνταποδίδωσι τῇ β. καὶ τ. εἴδει, hoc est : ex parte alterâ par refert et propenso alterius amici animo (nam articulus τῇ βουλήσει de alterius voluntate amici agi declarat) et vero generi meritorum ab altero collocatorum, ut (quemadmodum bene explicat Zellius) »bona reddat pro bonis, suavia pro suavibus, pro utilibus utilia.« Nam εἴδει cum Zellio tenui ut a sententiâ, ita a codicibus L[b] (in quo primâ manu exaratum Hasius testatur) et K[b] (quantum quidem ex Cardwello coniicias) commendatum. Ἡδεῖ, quod Bekkerus pro εἴδει exhibuit, cur legi nequeat praeclare Lambinus olim, Zellius nuper evicit.

φιλότης ἰσότης· *amicitia vocatur aequalitas*. Garvius : die Freundschaft wird als eine vollkommene Gleichheit zweier Personen angesehen. Subiectum sententiae quoniam φιλότης est, praedicatum ἰσότης, articulus ante ἰσότης vocabulum, nudus ille praesidio codicis K[b], non edendus fuit, sed exedendus. Ita enim, φιλότης ἰσότης, hoc dictum Pythagorae (nam ad

Cap. VI. [Ἐν δὲ τοῖς στρυφνοῖς καὶ πρεσβυτικοῖς ἧττον γίγνεται ἡ φιλία, ὅσῳ δυσκολώτεροί εἰσι καὶ ἧττον ταῖς ὁμιλίαις χαίρουσιν· ταῦτα γὰρ δοκεῖ μάλιστ' εἶναι φιλικὰ

Pythagoram delegatur] commemoratur : infra IX, 8, 2 coll. VIII, 7, 2; Eth. Eud. VII, 2, p. 1240, b, 2; Diog. L. VIII, 1, 8, 10 (πρῶτος εἶπε Πυθαγόρας κοινὰ τὰ φίλων καὶ φιλίαν ἰσότητα). Quocum compara Metaph. IX, 3, p. 1054, b, 3; Polit. III, 16, p. 1287, b, 33 ὁ φίλος ἴσος καὶ ὅμοιος. Insuper, si commodum est, vide Plat. legg. VI, p. 757, a—b; Eur. Phoen. 538 (Cic. legg. I, 12, 34?).

Cap. VI, 1. ἐν δὲ τοῖς στρυφνοῖς κτλ. Locus repetitur de senibus et hominibus austeris ad amicitiam ineptis supra VIII, 5, 2 perstrictus: pressiora loci superioris dilatat verbosius : novi addit nihil : cursum disputationis impedit : has ob causas alienum eum a principe manu philosophi existimo : sed, lectus ille iam aetate Paraphrastae, unde venerit, alias, uberiore quaestione de fatis Ethicorum publici iuris faciendâ, exponam.

ἧττον — ὅσῳ. De adverbio ἧττον cum verbo γίγνεσθαι copulato (ut sit quod barbare dicimus in geringerem Grade) cf. Matth. gr. gr. §. 309, c; Kuehner. §. 416, 3; Rost. §. 100, 2 not.; Stallbaum. ad Plat. Phil. p. 41, d—e; infra VIII, 6, 7; et contrarium μᾶλλον VIII, 9, 2; VIII, 6, 4; μάλιστα VIII, 1, 1. Dicendi brevitatem ἧττον γίγνεται ὅσῳ —, quum plene esset dicendum τοσούτῳ ἧττον — ὅσῳ explicat Matth. §. 462; Kuehner. §. 831, n. 1. Sed memorabile certe (num rectius, non contendam) est quod praefert cod. K[b] ἧττον γίγνεται — ὅσῳ δύσκολοί εἰσι, nescio an favente Interprete vet. (fol. 28, a) vertente ita : minus fit amicitia, quanto magis *discholi* sunt. Nam ὅσῳ per se nec addito comparativo significat hoc : *je mehr, um wie viel mehr :* expende Eth. N. X, 7, 4 ὁ σοφὸς καὶ καθ' αὑτὸν ὢν δύναται θεωρεῖν, καὶ ὅσῳ ἂν σοφὸς ᾖ, μᾶλλον. Poet. IX, p. 1451, b, 27 δῆλον ἐκ τούτων ὅτι τὸν ποιητὴν μᾶλλον τῶν μύθων εἶναι δεῖ ποιητὴν ἢ τῶν μέτρων, ὅσῳ ποιητὴς κατὰ τὴν μίμησίν ἐστι, μιμεῖται δὲ τὰς πράξεις, et praeterea Eth. N. III, 8, 4. III, 8, 16. VIII, 12, 6; Polyb. I, 45, 9; Plut. fragm. XVIII, 12; Xen. Mem. I, 3, 13 ibique interpp. Neque aliter Latinorum *quanto* adverbium usurpari, docent Weissenborn. gr. lat. §. 440; Krueger. §. 592, n. 1. Tac. Ann. IV, 67 Tiberius duodecim villarum nominibus et molibus insederat, *quanto* intentus olim publicas ad curas, *tanto* occultos in luxus et malum otium resolutus.

ταῦτα· neutrum genus post ὁμιλίαι femininum liberiori constructione positum *convictus* indicat *et quaecunque cum iis coniuncta sunt.* Hoc pacto neutrum genus pronominum (singularis iuxta ac multitudinis numeri) post substantiva masculini vel feminini generis persaepe ab Aristotele laxiore orationis filo infertur. Cuius usus exempla multa collegerunt Zell. ad Eth. N. I, 10, 10; Waitz. ad Ar. Categ. p. 4, b, 4 (p. 291) coll. p. 48, b, 34 (p. 466). Ex nostro libello compara infra §. 2 ὑπερβολῇ — τὸ τοιοῦτο. IX, 11, 6. IX, 2, 8. IX, 6, 1. IX, 9, 2. 6 (IX, 1, 4).

καὶ ποιητικὰ φιλίας. διὸ νέοι μὲν γίγνονται φίλοι ταχύ, πρεσβῦται δ' οὔ (οὐ γὰρ γίγνονται φίλοι οἷς ἂν μὴ χαίρωσιν)· ὁμοίως δ' οὐδ' οἱ στρυφνοί· ἀλλ' οἱ τοιοῦτοι εὖνοι μέν εἰσιν ἀλλήλοις (βούλονται γὰρ τἀγαθὰ καὶ ἀπαντῶσιν εἰς τὰς χρείας)· φίλοι δ' οὐ πάνυ εἰσὶ διὰ τὸ μὴ συνημερεύειν μηδὲ χαίρειν ἀλλήλοις, ἃ δὴ μάλιστ' εἶναι δοκεῖ φιλικά.]

2. Πολλοῖς δ' εἶναι φίλον κατὰ τὴν τελείαν φιλίαν οὐκ ἐνδέχεται, ὥσπερ οὐδ' ἐρᾶν πολλῶν ἅμα· ἔοικε γὰρ ὑπερβολῇ, τὸ τοιοῦτο δὲ πρὸς ἕνα πέφυκε γίγνεσθαι· πολλοὺς δ' ἅμα τῷ αὐτῷ σφόδρα ἀρέσκειν οὐ ῥᾴδιον, ἴσως δ' οὐδ'

ἀπαντῶσιν· *occurrunt, conveniunt* (cf. IX, 2, 7) εἰς τὰς χρείας, *ad necessitates et discrimina sublevanda.* Epist. ad Titum III, 14 προΐστασθαι καλῶν ἔργων εἰς τὰς ἀναγκαίας χρείας. Philipp. IV, 16 εἰς τὴν χρείαν μου ἐπέμψατε. Eth. N. IX, 11, 6 οἱ ἐν χρείᾳ, offensi fortunâ, afflicti; VIII, 13, 10; X, 8, 1.

Cap. VI, 2—6. ARGUMENTUM. *Num in multorum amicitiâ elaborare unus possit, quaeritur (cf. IX, 10) : ac sincerae quidem fidei amicitiam cum multis unâ coli posse negatur, utilem et iucundam posse conceditur.*

ὥσπερ οὐδ' ἐρᾶν πολλῶν ἅμα. De venereo potissimum amore ἐρᾶν verbum usurpatur : vide IX, 1, 2—3. IX, 5, 3. IX, 12, 1 et eâdem atque hoc loco sententiâ IX, 10, 5.

ἔοικε γὰρ ὑπερβολῇ. ὑπερβολή quum alias in Ethicis (II, 6 sqq. ubi μέσον, ὑπερβολή, ἔλλειψις discernuntur, IX, 1, 6) rei nimiae et immoderatae ideoque vituperandae gerat notam, hoc quidem loco id, quod sit in suo genere supremum et eximium, significat : cf. Eth. N. VII, 1, 2 ἐξ ἀνθρώπων γίγνονται θεοὶ δι' ἀρετῆς ὑπερβολήν, propter excellentiam praestantiamque virtutis : IX, 4, 6 ἡ ὑπερβολὴ τῆς φιλίας, gradus extremus amicitiae : IX, 3, 5 ὑπερβολὴ μοχθηρίας, insignis et extrema improbitas (ubi vituperatio in μοχθηρίας, non in ὑπερβολῆς nomine est). Subiectum autem verbi ἔοικε, τὸ ἐρᾶν esse iudico, haec ut sit sententia : nam deperire mulierem gradus et amoris et amicitiae videtur esse summus : Cic. Tusc. III, 29, 72 in amatorio sermone dici solet, aliquem plus alterum diligere, quam se : cf. IX, 10, 5 qui locus commentarii instar est. Neutrum genus τὸ τοιοῦτο ad ὑπερβολή nomen spectans in hunc modum enoda : quodcunque est amoris nimii, extremum quod gradum sapit amoris, hoc naturâ suâ nisi ad unum pertinere non potest. De infinitivo modo a verbo πέφυκε suspenso cf. Matth. gr. gr. §. 531 ; Kuehner. §. 641, b ; Eth. N. IX, 9, 3 ; VIII, 9, 3 ; II, 1, 3 ; Met. X, 12, p. 1068, b, 22. 28 ; Pol. III, 17, p. 1288, a, 8. 10. 13. — σφόδρα ἀρέσκειν, non contra, verba ponit Kb.

ἴσως δ' οὐδ' ἀγαθοῖς εἶναι· revocandis superioribus orationem

ἀγαθοῖς εἶναι. 3. δεῖ δὲ καὶ ἐμπειρίαν λαβεῖν καὶ ἐν συνηθείᾳ γενέσθαι, ὃ παγχάλεπον. διὰ τὸ χρήσιμον δὲ καὶ τὸ ἡδὺ πολλοῖς ἀρέσκειν ἐνδέχεται· πολλοὶ γὰρ οἱ τοιοῦτοι, καὶ ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ αἱ ὑπηρεσίαι. 4. τούτων δὲ μᾶλλον ἔοικε φιλία ἡ διὰ τὸ ἡδύ, ὅταν ταὐτὰ ἀπ' ἀμφοῖν γίγνηται καὶ χαίρωσιν ἀλλήλοις ἢ τοῖς αὐτοῖς, οἷαι τῶν νέων εἰσὶν αἱ φιλίαι· μᾶλλον γὰρ ἐν ταύταις τὸ ἐλευθέριον· ἡ δὲ διὰ τὸ

hoc pacto suppleto : ἴσως δὲ οὐδὲ ῥᾴδιόν ἐστι πολλοῖς εἶναι ἀγαθοῖς : cf. VIII, 5, 3 et Trendelenburgium in l. Rhein. Museum für Philologie, Geschichte und griech. Philosophie, 2. Jahrg. 1828, p. 463 quâ parte laudat Eth. N. III, 5, 3 ἐφ' ἡμῖν ἔσται τὸ ἐπιεικέσι καὶ φαύλοις εἶναι. De sententiâ contende VIII, 3, 8 ὀλίγοι γὰρ οἱ τοιοῦτοι. Ἀγαθοῖς casum tertium pro quarto ἀγαθούς ex cod. L[b] recepi. Ἀγαθόν legit Interpres vetus fol. 28, a.

§. 3. πολλοῖς ἀρέσκειν ἐνδέχεται. Caveat lector, ne verba in hunc modum πολλοῖς ἐνδέχεται ἀρέσκειν (ἡμῖν), Garvio praeeunte, coniungat, id quod insequentia (πολλοὶ γὰρ οἱ τοιοῦτοι) suadere videantur. At vero §. 2 sententia (πολλοῖς δ' εἶναι φίλον) hanc esse cohaerentiam declarat : *propter utile et iucundum multis ut placeat unus, fieri utique potest.* Cf. IX, 10, 6. Optime autem proxima πολλοὶ γὰρ οἱ τοιοῦτοι (nempe, qui utilia et iucunda captent, multi sunt) coeunt : nam esse amicus, nisi placeat, non possit.

§. 4. ἔοικε φιλία. Non est, quod εἶναι quis vel οὖσα ad haec verba mente adiiciat, quum in ipso ἔοικα verbo hoc significetur : *speciem gero alicuius rei*, ich erscheine als etwas : cf. VIII, 8, 4; Eth. N. X, 8, 13, p. 1179, a, 24 θεοφιλέστατος ἔοικε, ubi εἶναι omittunt K[b] M[b] O[b] codd. : Eth. N. I, 9, 3, p. 1099, b, 17 τὸ τῆς ἀρετῆς τέλος ἄριστον (εἶναι ignorant L[b] O[b] codd.) φαίνεται. Eth. N. VI, 9, 4, p. 1142, b, 21 δοκεῖ ἀγαθόν τι (εἶναι omittunt praeter L[b] O[b] omnes Bekk. codd.) τὸ εὖ βεβουλεῦσθαι. Infra VIII, 8, 6 φαίνονται γελοῖοι coll. IX, 11, 6; IX, 6, 1; Bernhard. synt. l. gr. p. 332. Itaque horum verborum barbare dicetur sententia haec: die des Vergnügens wegen geschlossene Freundschaft scheint noch eher (wirkliche) Freundschaft, denn die auf Nutzen gegründete : cf. VIII, 9, 2 φίλους.

ταὐτά· ὅταν ἑκατέρῳ παρ' ἑκατέρου γένηται τὸ ἡδύ. Schol. — ἀπ' ἀμφοῖν, id quocum §. 7 concinit, scriptum pro ὑπ' ἀμφοῖν, propugnaculo codd. K[b] M[b] defenditur : cf. VIII, 4, 1 (παρ' ἀλλήλων γίγνεται); Matth. gr. gr. §. 573; Krueger. I, II, p. 288, n. 7; Kuehner. §. 598, 3. Cic. pr. Mil. XXXV, 96 : beati, quibus ea res (quod periculis patriam liberarunt) honori fuit *a* suis civibus. Ibid. XXXVI, 100 nullum tibi *a* me amoris — officium defuit.

τὸ ἐλευθέριον. Atqui virtus moralis est Aristoteli ἡ ἐλευθεριότης'

χρήσιμον ἀγοραίων. καὶ οἱ μακάριοι δὲ χρησίμων μὲν οὐδὲν δέονται, ἡδέων δέ· συζῆν μὲν γὰρ βούλονταί τισι, τὸ δὲ λυπηρὸν ὀλίγον μὲν χρόνον φέρουσιν, συνεχῶς δ' οὐθεὶς ἂν ὑπομεῖναι, οὐδ' αὐτὸ τὸ ἀγαθόν, εἰ λυπηρὸν αὐτῷ εἴη. διὸ τοὺς φίλους ἡδεῖς ζητοῦσιν. δεῖ δ' ἴσως καὶ ἀγαθοὺς τοιούτους ὄντας, καὶ ἔτι αὐτοῖς· οὕτω γὰρ ὑπάρξει αὐτοῖς ὅσα δεῖ τοῖς φίλοις.

liberalitas, mediocritas in dandis accipiendisque pecuniis conspicua, quâ nec prodige pecuniam profundas, nec parcius restrictiusve corradas : Eth. N. II, 7, 4 seqq. Quum igitur iuvenum amicitia non lucri aut quaestus spe concilietur, sed voluptatis cupiditas animi inclinationem pariat, comprobat horum liberalitas, iucundi amicitiam similiorem verae esse amicitiae, quam alteram, utilitate conflatam. Nam, ut recte Riccobonus, »ubi maior est liberalitas, ibi maior amicitia est : at in amicitiâ iucundi est maior liberalitas, quam in utilitatis : ergo in illâ quam in hac maior est amicitia.«

ἀγοραίων. ἀγοραῖοι sunt homines tabernarii, propolae, institores, cociones (Polit. IV, 4, p. 1291, a, 4 λέγω δ' ἀγοραῖον πλῆθος τὸ περὶ τὰς πράσεις καὶ τὰς ὠνὰς καὶ τὰς ἐμπορίας καὶ καπηλείας διατρῖβον), illiberali et sordido quaestui dediti (Polit. VI, 4, p. 1319, a, 26 ὁ γὰρ βίος φαῦλος, καὶ οὐδὲν ἔργον μετ' ἀρετῆς, ὧν μεταχειρίζεται τὸ πλῆθος τό τε τῶν βαναύσων καὶ τὸ τῶν ἀγοραίων ἀνθρώπων καὶ τὸ θητικόν) : pariter VIII, 13, 6 liberalibus iidem opponuntur : cf. Theophr. Char. XIII (VI), 1.

καὶ οἱ μακάριοι δέ. Verae amicitiae similiorem esse iucundam, quam utilem, beatorum quoque studia declarant, qui liberalitate ducti suâ utiles sodales contemnunt, hilares anquirunt. De voc. μακάριοι vide IX, 9, 1.

συζῆν· ἐπεὶ ἀδύνατον μονώτην εἶναι, ὡς εἴρηται πρότερον (VIII, 5, 3). Schol.

οὐδ' αὐτὸ τὸ ἀγαθόν· scil. ἂν ὑπομεῖναι, εἰ κτλ. : nemo ferret bonum, hoc est virtutem, si molestia eius comes esset, id quod secus est : nam voluptas virtutem consequitur : Eth. N. I, 8, 10. De articulo *τοὺς φίλους* cf. IX, 11, 5 (τὴν διαγωγήν).

δεῖ δ' ἴσως — αὐτοῖς. Nexus horum ac superiorum verborum hic est : »ac sane morum facilitas et suavitas dulcissimum amicitiae condimentum est, usque eo ut vel in viris bonis aegre eam desideres«, vel, ut ait ipse philosophus : oportet (homines amicitiae cupidos), opinor (ἴσως, quod est humanissime contendentis), etiam bonos, quum amicitiae quaeruntur, quaerere (ζητεῖν enim ex superioribus eliciendum est) tales (τοιούτους), qui non boni solum, verum etiam suaves sint : nec tamen suaves in universum, sed suavitate tali, qualis quaerentibus quibusque gratissima sit, praeditos (καὶ ἔτι αὐτοῖς ἡδεῖς).

5. Οἱ δ' ἐν ταῖς ἐξουσίαις διῃρημένοις φαίνονται χρῆσθαι τοῖς φίλοις· ἄλλοι γὰρ αὐτοῖς εἰσι χρήσιμοι καὶ ἕτεροι ἡδεῖς, ἄμφω δ' οἱ αὐτοὶ οὐ πάνυ· οὔτε γὰρ ἡδεῖς μετ' ἀρετῆς ζητοῦσιν οὔτε χρησίμους εἰς τὰ καλά, ἀλλὰ τοὺς μὲν εὐτραπέλους τοῦ ἡδέος ἐφιέμενοι, τοὺς δὲ δεινοὺς πρᾶξαι τὸ ἐπιταχθέν· ταῦτα δ' οὐ πάνυ γίγνεται ἐν τῷ αὐτῷ. 6. ἡδὺς δὲ καὶ χρήσιμος ἅμα εἴρηται ὅτι ὁ

οἱ δ' ἐν ταῖς ἐξουσίαις· homines ii, qui in potestatibus imperiisque reip. versantur : qui οἱ ἐν ἀξιώματι Eth. N. IV, 2, 15 audiunt: cf. VIII, 8, 2. I, 5, 3 : hi igitur amicis utuntur diversis, distinctis, separatis : Prov. XIX, 4 et 6. Nam διαιρεῖν hoc valet : distinguere : unde IX, 8, 3 legimus διαιρεῖν τοὺς λόγους, discernere sententias et segregare : quocum confer Met. III, 4, p. 1008, a, 19 ἀνάγκη διαιροῦντα λέγειν, οἷον ὅτι λευκὸν καὶ πάλιν ὅτι οὐ λευκόν et Anal. pr. I, 32, p. 47, a, 11 : unde dicitur Met. IX, 4, p. 1055, b, 6 διῄρηται ἐν ἄλλοις. Met. IX, 1, p. 1052, a, 15 ἐν τοῖς περὶ τοῦ ποσαχῶς διῃρημένοις. Adde, si collibitum est, Eth. N. III, 10, 2; V, 4, 4; Anal. pr. I, 31, p. 46, a, 31; Bies. in l. die Philosophie des Aristoteles I, p. 173. 394, n. 3.

μνήσομαι οὐδὲ λάθωμαι Ἀπόλλωνος ἑκάτοιο.

Cf. Weber. ad Demosth. Arist. §. 54, p. 229 et §. 91, p. 314. Frank. ad Dem. Phil. II, p. 73; Dillenburger. ad Hor. Od. I, 7, 16, imprimis autem Grimm. in l. *deutsche Rechtsalterthümer* p. 27—31.

φιλικὸν δὲ τὴν ἀναβολὴν ἔχει· aliquid habet proprium amicitiae, prorogationem remunerationis. Neutrum enim (de quo cf. p. 2) φιλικόν pro φιλικήν recte Bekkerus ex optimae notae libris restituit: quamquam hic quoque ab eo hac re dissentit Cardwellus, quod hic, φιλικήν nomine in orationem Aristotelis recepto, de codicis K^b discrepantiâ aliquâ tacet, quasi vero esset in hoc libro φιλικήν, quum ex Bekkeri silentio, φιλικόν

διὸ παρ' ἐνίοις οὐκ εἰσὶ τούτων δίκαι, ἀλλ' οἴονται δεῖν στέργειν τοὺς κατὰ πίστιν συναλλάξαντας. 7. ἡ δ' ἠθικὴ οὐκ ἐπὶ ῥητοῖς, ἀλλ' ὡς φίλῳ δωρεῖται ἢ ὁτιδήποτε ἄλλο, κομίζεσθαι δὲ ἀξιοῖ τὸ ἴσον ἢ πλέον, ὡς οὐ δεδωκώς, ἀλλὰ χρήσας· 8. οὐχ ὁμοίως δὲ συναλλάξας καὶ διαλυόμενος

esse ibi scriptum, coniicias. De nomine ἀναβολή cf. Rhet. I, 12, p. 1372, a, 34 (ἀναβολὴ χρόνου) et Plat. legg. XI, p. 915, e (μηδ' ἐπὶ ἀναβολῇ πρᾶσιν μηδὲ ὠνὴν ποιεῖσθαι) : de articulo adiecto VIII, 8, 2 (τὴν ἐλπίδα). Ceterum pro δέ voc. in cod. Kb legitur δή, vocabulum non ita temere spernendum.

διὸ παρ' ἐνίοις κτλ. Nic. Damasc. pag. 314 ed. Lips. παρ' Ἰνδοῖς ἐάν τις ἀποστερηθῇ δανείου ἢ παρακαταθήκης, οὐκ ἔστι κρίσις, ἀλλ' αὐτὸν αἰτιᾶται ὁ πιστεύσας. Wilkinsonus provocans ad Senec. de ben. (III, 6, 2), qui, exceptâ *Macedonum* gente, non esse in ullâ datam adversus ingratum actionem, memoriae prodidit, proprium Macedonum usum tacite ab Aristotele significari existimat. Sed *Medorum* ibi substituit Lipsius, quum de his tale quid, quod de Macedonibus nemo dixit, commemoretur aliquoties. Cf. Barnab. Brisson. de reg. Pers. pr. p. 423; Xen. Cyrop. I, 2, 7; Ael. H. A. VIII, 3, p. 182, 15. Coraes Platonem leg. XI, p. 915, e describi sine iustâ causâ censuit. Nostrum certe locum ob oculos habuit Eud. Eth. VII, 7, p. 1243, a, 8. Cf. etiam lib. IX, I, 9. Pro διὸ παρ' ἐνίοις codd. Kb et El. διόπερ ἐνίοις, Cardwello, qui παρ', nihil de variante codice Kb indicans, in oratione auctoris tenuit, a Bekkero, qui περ ibi esse testatur, rursus dissidente. Fortasse scriptum fuit διόπερ παρ' ἐνίοις : cf. IX, 10, 5.

κατὰ πίστιν· *optimâ fide* (Cic. pr. Rosc. Am. XLIX, 144) : barbari Germani : *auf Treu und Glauben*, Galli : *à crédit*. Demosth. adv. Zenoth. p. 886, 25 εἰς πίστιν δέδωκας.

§. 7. ἡ δ' ἠθική. Moralem quidem amicitiam, sed illam in utilitate tamen positam, intelligi, lector probe teneat. Cf. Eud. Eth. VII, 10, p. 1243, a, 36.

ἢ ὁτιδήποτε ἄλλο· vel donat amico amicus (nam ὁ φίλος enunciati subiectum est), *vel aliud*, quo gratificetur illi, cuicuimodi sit, *facit*. Cf. Matth. gr. gr. §. 635; Kuehner. §. 852, 2, m; Rost. §. 139, 9, 6.

§. 8. οὐχ ὁμοίως δὲ συναλλάξας κτλ. Pactio quum fiebat, tum donumne an mutuum daret, hic, qui commodabat, in incerto reliquerat, sed donari sibi, non credi, alter (qui accipiebat) putarat : iam prior ubi cum foenore rem (id quod non dixerat) reddendam postulat, alter autem (qui pro dono rem habuerat) reddendam negat, tum vero, quasi iniuriâ affectus, hic qui dederat, criminatur. Eud. Eth. VII, 7, p. 1242, b, 40 ὁμιλοῦσι μὲν τοῦ χρησίμου ἕνεκα, ἠθικὴν δὲ ποιοῦσιν ὡς ἐπιεικεῖς.

ἐγκαλέσει. τοῦτο δὲ συμβαίνει διὰ τὸ βούλεσθαι μὲν πάντας ἢ τοὺς πλείστους τὰ καλά, προαιρεῖσθαι δὲ τὰ ὠφέλιμα. καλὸν δὲ τὸ εὖ ποιεῖν μὴ ἵνα ἀντιπάθῃ, ὠφέλιμον δὲ τὸ εὐεργετεῖσθαι.

9. Δυναμένῳ δὴ ἀνταποδοτέον τὴν ἀξίαν ὧν ἔπαθεν [καὶ ἑκόντι]· ἄκοντα γὰρ φίλον οὐ ποιητέον· ὡς δὴ διαμαρτόντα ἐν τῇ ἀρχῇ καὶ εὖ παθόντα ὑφ' οὗ οὐκ ἔδει (οὐ γὰρ ὑπὸ φίλου, οὐδὲ δι' αὐτὸ τοῦτο δρῶντος)· καθάπερ οὖν ἐπὶ

τοῦτο δὲ συμβαίνει κτλ. Eth. Eud. l. l. p. 1243, a, 38 ἐκ περιουσίας διώκουσιν οἱ πολλοὶ τὸ καλόν. Cf. Eth. N. VIII, 7, 6. VIII, 14 extr. X, 8, 4 προσποιοῦνται καὶ οἱ μὴ δίκαιοι βούλεσθαι δικαιοπραγεῖν. Cic. Lael. XXII, 82 sed plerique perverse, ne dicam impudenter, amicum habere talem volunt, quales ipsi esse non possunt.

μὴ ἵνα ἀντιπαθῇ· μὴ δι' ἐλπίδα τοῦ ἀντευεργετηθῆναι. Coraes. Subiectum enunciati ὁ εὖ ποιῶν in universum cogitatur : cf. VIII, 2 3 (ἀλλ' εἴπερ).

Cap. XIII, 9. ARGUMENTUM. *Expostulationes eorum, qui fructu amicitiae terminant modum, quo pacto vitentur, Aristoteles exponit.*

δυναμένῳ δὲ — ποιητέον· qui accepit, is, si potest, reddere debet quod tanti sit, quanti id, quod accepit, erat. De attractione verborum τὴν ἀξίαν ὧν ἔπαθεν grammaticos supra VIII, 2, 4 (εὖνοι οἷς) laudavimus. Quae sequuntur verba, καὶ ἑκόντι, quum constructionem ineptam, in quâ explicandâ interpretes nequidquam fatigati sunt, fundant, et vero codicibus Kb Ob fugentur, perverse in orationem infarta, delenda sunt. Neque enim ex dicto gemino Pindari Pyth. V, 40 (56) ἑκόντι τοίνυν πρέπει νόῳ τὸν εὐεργέταν ὑπαντιάσαι sententiarum nexui auxilium feras. His igitur exturbatis, optime sententiae sese excipiunt hoc pacto : qui accepit, is, ubi potest, retribuere debet : nam invitum ad amicitiam cogere non licet : hoc est : cui datum ab avaro est, is rependat avaro : nam, reddito debito, et obligationis vinculo solvitur, et fucatae nexu amicitiae, quo erat obstrictus, liberatur, ut nihil iam alteri aut a pietate aut ab amicitiâ debeatur : quod ni fit, efficit, ut alter, qui non tanquam amicus, sed tanquam foenerator commodarat, invitus amice egisse, invitus amicus exstitisse videatur : id quod rectum non est : namque — et quae sequuntur. Xen. Mem. II, 6, 9 ἄκοντα, inquit, φίλον ἑλεῖν ἐργῶδες.

ὡς δὴ διαμαρτόντα· reddere debet, tanquam qui in ipso principio amicitiae peccaverit, et ab hoc, a quo non debebat, acceperit. Suspensa verba a superiore ἀνταποδοτέον sunt, adiectivo verbali cum accusandi casu iuncto, quo de genere dicendi cf. Kuehner. gr. gr. §. 587, n. 4; Eth. N. VII, 1, 1 λεκτέον ἄλλην ποιησαμένους ἀρχήν; infra VIII, 14, 4 ὀφείλοντα ἀποδοτέον, debitorem reddere fas est; IX, 2, 1 κάμνοντα ἰατρῷ

ῥητοῖς εὐεργετηθέντα διαλυτέον, καὶ ὁμολογῆσαι δ' ἂν δυνάμενος ἀποδώσειν· ἀδυνατοῦντα δ' οὐδ' ὁ δοὺς ἠξίωσεν ἄν· ὥστ' εἰ δυνατός, ἀποδοτέον. ἐν ἀρχῇ δ' ἐπισκεπτέον, ὑφ' οὗ εὐεργετεῖται καὶ ἐπὶ τίνι, ὅπως ἐπὶ τούτοις ὑπομένῃ ἢ μή.

κειστέον, morbo laborans parere debet medico; Goettling. ad Pol. p. 75, 16. Ne autem mireris post dandi casum, δυναμένῳ ἀποδοτέον, accusandi casum inferri, cf. Matth. gr. gr. §. 447 extr., illud Plat. Rep. V, p. 453, d οὐκοῦν ἡμῖν νευστέον καὶ πειρατέον — ἐλπίζοντας, et infra VIII, 14, 3.

καὶ ὁμολογῆσαι κτλ. Modum infinitivum (sententiae unice convenientem, a me pro ὁμολογῆσαι, faventibus codd. Vrat. CCC. El. et edd. Ven. Bass. scriptum) ita explico : *ac debet se fateri, ubi potuerit, gratiam relaturum* : neque vero δεῖ aliquod praetermissum in auxilium vocandum est, sed pendet modus infinitivus ab illâ necessitatis cogitatione, formâ superiorum adiectivorum ἀνταποδοτέον, διαλυτέον (quorum formâ necessitatem rei faciendae exprimi in vulgus notum est) ita expressâ, ut posito iam infinitivo, supersederit auctor verbo aliquo (δεῖ), novo necessitatis indice. Idem factum in illo Herodoti IX, 60 νῦν ὦν δέδοκται τὸ ἐνθεῦτεν τὸ ποιητέον ἡμῖν· ἀμυνομένους γὰρ τῇ δυνάμει ἄριστα περιστέλλειν ἀλλήλους. Cf. Matth. gr. gr. §. 547. Nam aliena a nostro loquendi genere sunt illa, de quibus Goettling. ad Oecon. p. 89, Waitz. ad Anal. pr. I init. p. 24, a, 10 (p. 367) disputant. Iam vero ἂν particula non cum verbo ὁμολογῆσαι, sed cum participio δυνάμενος copulanda est : quo de usu loquendi cf. Matth. gr. gr. §. 598, b; Kuehner. §. 455, 3; Rost. §. 120, 6, e, bb; Baeumlein. in l. Untersuchungen über die griech. Modi p. 354. Eth. N. X, 9, 16. IV, 8, 3 οἱ μήτ' αὐτοὶ ἂν εἰπόντες μηδὲν γελοῖον. Eth. N. III, 2, 8 καὶ ἡ βούλησίς ἐστι καὶ περὶ τὰ μηδαμῶς δι' αὐτὸν πραχθέντα ἄν. Denique de casu recto δυνάμενος cum infinitivo modo consociato cf. VIII, 13, 4 (ἔχειν οἴονται). Sententiam Eud. Eth. VII, 10, p. 1243, b, 4 retractavit.

ἀδυνατοῦντα· εἰ δὲ πάντως ἀδυνάτως ἔχουσιν ἀποδοῦναι, οὐδ' οἱ δόντες ἀπαιτήσουσιν οὐδὲν παρ' αὐτῶν. Paraphr. Pro δοὺς in cod. Kb διδοὺς (ut vertit Interpr. vet. *dans*), pro δυνατός in eodem δυνατὸν scriptum exstat.

ἠξίωσεν ἄν· non postulasset, id quod facere §. 7 dictus est. De particulâ ἂν vide Matth. §. 509, c; Kuehner. §. 454, n. 2, b, coll. §. 451, 3; Rost. §. 120, 6, c, γ, ββ; imprimis Baeumlein. p. 130 seqq.

ἐν ἀρχῇ· πρὸ τοῦ εὐεργετηθῆναι. Paraphr. Cic. Lael. XX, 76 : atque in omni re considerandum est, et quid postules ab amico et quid patiare a te impetrari. — Subiectum verbi εὐεργετεῖται est ὁ εὐεργετούμενος, cf. VIII, 2, 3. Verbum ὑπομένῃ additis his : τὴν εὐεργεσίαν, Coraes explicat.

10. Ἀμφισβήτησιν δ' ἔχει, πότερα δεῖ τῇ τοῦ παθόντος ὠφελείᾳ μετρεῖν καὶ πρὸς ταύτην ποιεῖσθαι τὴν ἀνταπόδοσιν, ἢ τῇ τοῦ δράσαντος εὐεργεσίᾳ. οἱ μὲν γὰρ παθόντες τοιαῦτά φασι λαβεῖν παρὰ τῶν εὐεργετῶν, ἃ μικρὰ ἦν ἐκείνοις καὶ ἐξῆν παρ' ἑτέρων λαβεῖν, κατασμικρίζοντες· οἱ δ' ἀνάπαλιν τὰ μέγιστα τῶν παρ' αὐτοῖς, καὶ ἃ παρ' ἄλλων οὐκ ἦν, καὶ ἐν κινδύνοις ἢ τοιαύταις χρείαις. 11. ἆρ' οὖν διὰ μὲν τὸ χρήσιμον τῆς φιλίας οὔσης, ἡ τοῦ παθόντος ὠφέλεια μέτρον ἐστίν; οὗτος γὰρ ὁ δεόμενος, καὶ ἐπαρκεῖ αὐτῷ ὡς κομιούμενος τὴν ἴσην. τοσαύτη οὖν γεγένηται ἡ ἐπικουρία, ὅσον οὗτος ὠφέληται, καὶ ἀποδοτέον δὴ αὐτῷ, ὅσον ἐπηύρατο ἢ καὶ πλέον· κάλλιον γάρ. ἐν δὲ ταῖς κατ' ἀρετὴν

Cap. XIII, 10—11. ARGUMENTUM. ***Gratia referenda ut beneficio collato respondeat, aestimatione beneficii opus est: quae aestimatio quo pacto fieri debeat docetur. Atque inter amicos utilitatis quidem cupidos ponderandum beneficium est ex lucro huius, qui accepit donum vel cui commodatum est: contra inter amicos virtutis studiosos pensitandum est ex animo et voluntate huius, qui dedit vel qui commodavit alteri.***

ἀμφισβήτησιν ἔχει· cf. IX, 2, 1, pr.: de voc. *πότερα* vide Rost. gr. gr. §. 86, 3 coll. §. 123b, 8, a, bb; Kuehner. §. 557, n. 4; Eth. N. IX, 2, 1. III, 3, 1. X, 8, 5; Pol. I, 13, p. 1259, b, 30. Res eadem Eth. Eud. VII, 10, p. 1243, a, 12 seqq. tractatur.

καὶ ἐξῆν — λαβεῖν· hoc est καὶ ἃ λαβεῖν ἐξῆν : cf. VIII, 7, 2.

οἱ δ' ἀνάπαλιν· de omisso verbo λέγουσι vide VIII, 14, 1 : de re Eth. Eud. VII, 11, p. 1243, a, 21 seqq.

ἢ τοιαύταις χρείαις· ἐν κινδύνοις καὶ χρείαις (de quâ voce cf. VIII, 6, 1) κινδύνων ἐγγύς. Paraphr. Cf. Bornemann. ad Cyr. VI, 2, 37 : nec absimilis usus v. ἄλλος, de quo Zell. ad Eth. N. II, 1, 4. Fritzsch. quaestt. Luc. p. 54.

§. 11. *ἆρ οὖν κτλ.* De interrogatione affirmans responsum postulante cf. VIII, 2, 4 : de re IX, 1, 8.

ἐπαρκεῖ· ὁ ἐπαρκῶν, amicus alter, cf. VIII, 2, 3. — *ὡς κομιούμενος·* vide Matth. gr. gr. §. 568, 6; Rost. §. 130, 7, n. 8; Kuehner. §. 661, n. 2.

ἐπηύρατο. Ita Bekkerus ex codd. Ha Nb Ob : in codd. Lb Mb et El. est ἀπηύρατο, in Kb ἐφεύρετο, litterâ α ut notat Cardwell. supra scriptâ, in Vrat. vitiose ἀπήρατος. Vide de hac formâ Buttmann. gr. gr. §. 114 *AYP.* Matth. §. 224 ἀπούρας. Kuehner. §. 175 extr. et §. 194, 1.

ἢ καὶ πλέον· κάλλιον γάρ. Hesiodus opp. 347 (349) :

ἐγκλήματα μὲν οὐκ ἔστιν, μέτρῳ δ' ἔοικεν ἡ τοῦ δράσαντος προαίρεσις· τῆς ἀρετῆς γὰρ καὶ τοῦ ἤθους ἐν τῇ προαιρέσει τὸ κύριον.

Cap. XIV. Διαφέρονται δὲ καὶ ἐν ταῖς καθ' ὑπεροχὴν φιλίαις· ἀξιοῖ γὰρ ἑκάτερος πλέον ἔχειν· ὅταν δὲ τοῦτο γίγνηται, διαλύεται ἡ φιλία. οἴεται γὰρ ὅ τε βελτίων προσήκειν αὐτῷ πλέον ἔχειν· τῷ γὰρ ἀγαθῷ νέμεσθαι πλέον· ὁμοίως δὲ καὶ ὁ ὠφελιμώτερος· ἀχρεῖον γὰρ ὄντα οὔ φασι δεῖν ἴσον ἔχειν· λειτουργίαν τε γὰρ γίγνεσθαι καὶ οὐ φιλίαν, εἰ μὴ κατ' ἀξίαν τῶν ἔργων ἔσται τὰ ἐκ τῆς φιλίας· οἴονται γάρ, καθάπερ ἐν χρημάτων κοινωνίᾳ πλεῖον

εὖ μὲν μετρεῖσθαι παρὰ γείτονος, εὖ δ' ἀποδοῦναι,
αὐτῷ τῷ μέτρῳ, καὶ λώϊον, αἴ κε δύνηαι.

Voc. καί ante πλέον cod. K^b praetermittit. Interpres vetus (fol. 30, a) non vertit ἡ, quum dicat *et plus*.

μέτρῳ δ' ἔοικεν κτλ. μέτρον est mensura remunerationis. De voc. προαίρεσις vide VIII, 5, 5, de sententiâ Eth. Eud. VII, 10, p. 1243, b, 2. — Cic. de prov. cons. XVII, 45 : non is solum gratus debet esse, qui accepit beneficium, verum etiam is, cui potestas accipiendi fuit.

ἐν τῇ προαιρέσει τὸ κύριον. τὸ κύριον· vis summa. Eth. N. X, 8, 5 ζητεῖται πότερον κυριώτερον τῆς ἀρετῆς ἡ προαίρεσις ἢ αἱ πράξεις. Eth. N. II, 4, 3. III, 2, 1. IX, 1, 7. Ceterum cf. Trendelenburg. ad Ar. de An. II, 8, 3 de voc. κύριον disputantem. Apposite Giphanius Servatoris O. M. dictum Ev. Marc. XII, 43 in memoriam lectoris revocat.

Cap. XIV, 1. ARGUMENTUM. *Amicorum aequalium iure et accusationum fonte capite XIII indicato, de amicorum imparium rationibus ita agit auctor hoc capite, ut principio unde inter hos dissidia nascantur, commerando explicet.*

ὅ τε βελτίων. De particulâ τε, proximo δέ respondente, cf. verba IX, 11, 1 ex codd. recipienda, Matth. gr. gr. §. 626; Rost. §. 134, A, 5, c, not. 1, H; Kuehner. §. 722, 5; Wund. Soph. Trach. 140; Hartung. in l. Lehre von den Partikeln der griech. Spr. I, p. 92, 171. Xen. Ag. II, 26, Heiland.

λειτουργίαν· cf. Boeckh. in l. Staatshaushalt der Athen. I, p. 481; C. Fr. Hermann. gr. Staatsalterth. §. 160. — Eth. Eud. VII, 10, p. 1242, b, 17.

εἰ μὴ — ἔσται. Matth. gr. gr. §. 498, c; Kuehner. §. 446, 3; Krueger. I, II, p. 156, not. 3.

ἐν χρημάτων κοινωνίᾳ· ἀξιοῦσι, καθάπερ τῶν κατ' ἐμπορίαν συνεισφερόντων χρήματα οἱ πλέον συνεισφέροντες πλέον ἔχουσιν, οὕτω καὶ ἐπὶ τῆς φιλίας ἔχειν. Paraphr.

λαμβάνουσιν οἱ συμβαλλόμενοι πλεῖον, οὕτω δεῖν καὶ ἐν τῇ φιλίᾳ· ὁ δ' ἐνδεὴς καὶ ὁ χείρων ἀνάπαλιν· φίλου γὰρ ἀγαθοῦ εἶναι τὸ ἐπαρκεῖν τοῖς ἐνδεέσιν· τί γὰρ [φασίν] ὄφελος σπουδαίῳ ἢ δυνάστῃ φίλον εἶναι, μηθέν γε μέλλοντα ἀπολαύειν;

2. Ἔοικε δ' οὖν ἑκάτερος ὀρθῶς ἀξιοῦν καὶ δεῖν ἑκατέρῳ πλέον νέμειν ἐκ τῆς φιλίας, οὐ τοῦ αὐτοῦ δέ, ἀλλὰ τῷ μὲν ὑπερέχοντι τιμῆς, τῷ δ' ἐνδεεῖ κέρδους· τῆς μὲν γὰρ ἀρετῆς καὶ τῆς εὐεργεσίας ἡ τιμὴ γέρας, τῆς δ' ἐνδείας ἐπικουρία τὸ κέρδος. 3. οὕτω δ' ἔχειν τοῦτο καὶ ἐν ταῖς πολιτείαις φαίνεται· οὐ γὰρ τιμᾶται ὁ μηδὲν ἀγαθὸν τῷ

ἀνάπαλιν· *dicendi* verbum facile cogitatione additur : cf. Winer. gr. N. T. p. 658 : saepe autem adverbium ἀνάπαλιν non adiuncto verbo ponitur, cuiusmodi hi sunt loci : Eth. N. V, 3, 14—15 ὁ ἀδικῶν πλέον ἔχει· ὁ δ' ἀδικούμενος ἔλαττον τοῦ ἀγαθοῦ· ἐπὶ δὲ τοῦ κακοῦ ἀνάπαλιν. III, 1, 7. V, 5, 17. III, 2, 4. Hor. Sat. I, 1, 4—7 :

O fortunati mercatores! gravis annis
Miles ait, multo iam fractus membra labore.
Contra mercator, navem iactantibus Austris,
Militia est potior.

τί γὰρ [φασίν] ὄφελος κτλ. Quid refert? cui usui est? quem fructum affert? Ita τί γὰρ ὄφελος; VIII, 1, 1 et οὐδὲν ὄφελος Eth. N. II, 2, 1. Cf. et Met. XI, 6, p. 1071, b, 14; Pol. II, 7, p. 1266, b, 29 et 35; Pol. VII, 1, p. 1323, b, 9. De verbo μέλλειν cf. Matth. §. 498, e; Rost §. 116, 9; Kuehner. §. 448 not. Ar. Eth. N. X, 3, 12. IX, 10, 4. Verbum φασί, quo vacat cod. K^b, non excudi oportet, sed excludi.

Cap. XIV, 2—4. ARGUMENTUM. *Revocatur concordia amicorum imparium, ubi, quo dignus est alter, hoc ab altero afficitur, et ubi superior ab inferiore (qui interdum par pari referre nequit) non hoc, praestare quod debeat, sed praestare quod possit, exigit.*

ἔοικε δ' οὖν. Ita, dum οὖν ignorant reliqui, ad Corai consilium codicesque K^b El. acclinans scriptum volui : sed δέ (οὐ τοῦ αὐτοῦ δέ), quamvis quo commendetur habeat (cf. IX, 5, 3), ut in re lubricâ, deserere tamen ut cod. K^b nolui.

τιμῆς — κέρδους. Eth. Eud. VII, 10, p. 1242, b, 18 seqq.

ἡ τιμὴ γέρας. Cf. Eth. N. VIII, 11, 3; IX, 2, 8; imprimis IV, 3, 15 τῆς ἀρετῆς ἆθλον ἡ τιμὴ καὶ ἀπονέμεται τοῖς ἀγαθοῖς. Stahr. Aristotel. II, p. 213. — In citimis τῆς ἐνδείας δὲ cod. K^b.

τὸ κέρδος. Pol. VI, 4, p. 1318, b, 16 οἱ πολλοὶ μᾶλλον ὀρέγονται τοῦ κέρδους ἢ τῆς τιμῆς.

κοινῷ πορίζων· τὸ κοινὸν γὰρ δίδοται τῷ τὸ κοινὸν εὐεργετοῦντι, ἡ τιμὴ δὲ κοινόν. οὐ γὰρ ἔστιν ἅμα χρηματίζεσθαι ἀπὸ τῶν κοινῶν καὶ τιμᾶσθαι. ἐν πᾶσι γὰρ τὸ ἔλαττον οὐδεὶς ὑπομένει. τῷ δὴ περὶ χρήματα ἐλαττουμένῳ τιμὴν ἀπονέμουσι καὶ τῷ δωροδόκῳ χρήματα· τὸ κατ' ἀξίαν γὰρ ἐπανισοῖ καὶ σώζει τὴν φιλίαν, καθάπερ εἴρηται. οὕτω δὴ καὶ τοῖς ἀνίσοις ὁμιλητέον, καὶ τῷ εἰς χρήματα ὠφελουμένῳ ἢ εἰς ἀρετὴν τιμὴν ἀνταποδοτέον, ἀνταποδιδόντα τὸ ἐνδεχόμενον. τὸ δυνατὸν γὰρ ἡ φιλία ἐπιζητεῖ, οὐ τὸ κατ' ἀξίαν·
4. οὐδὲ γὰρ ἔστιν ἐν πᾶσι, καθάπερ ἐν ταῖς πρὸς τοὺς θεοὺς τιμαῖς καὶ τοὺς γονεῖς· οὐδεὶς γὰρ τὴν ἀξίαν ποτ' ἂν

§. 3. ἡ τιμὴ κοινόν. Eth. N. I, 5, 4 τιμὴ τοῦ πολιτικοῦ βίου σχεδὸν τὸ τέλος. V, 6, 7. Cic. Rep. V, 7, 6. pr. Mur. XXXIV, 70.

οὐ γὰρ ἔστιν κτλ. Ut eiusdem hominis et rei familiari succurrat et honori eâdem operâ consulat resp., fieri non potest. Pol. III, 15, p 1286, b, 14 χρηματίζεσθαι ἀπὸ τῶν κοινῶν. Cic. Vat. XVI, 38 — qui omnia in pecuniâ posuisset, honore aequo animo carere debuit.

οὐδεὶς ὑπομένει. Cf. VIII, 10, 3.

τῷ δὴ περὶ χρ. ἐλαττουμένῳ· qui rei familiaris dispendio suae auget remp. (τῷ εἰς τὸ κοινὸν τὰ ἑαυτοῦ δαπανῶντι, Cor.). Cf. Anax. Rhet. p. 14, 2 Spengel.

τῷ δωροδόκῳ. Sine invidiâ, proprio significatu, est τῷ δῶρα δεχομένῳ.

εἴρηται· VIII, 7, 2.

οὕτω. Cod. K^b quod habet τούτωι, id aut vitium est, aut ex pristinae scripturae parietinis.

τῷ εἰς χρήματα — ἐνδεχόμενον. Qui vel pecuniâ vel virtute auctus est, is alterum honore remunerari debet, id saltem referens, cuius reddendi facultatem habet. Lamb. De praepositione εἰς cf. p. 3, Eth. N. IV, 6, 9 ὠφέλεια γίγνεται εἰς χρήματα. Rhet. II, 4, p. 1381, a, 20 εὐποιητικὸς εἰς χρήματα ἢ εἰς σωτηρίαν. De accusandi casu ἀνταποδιδόντα cf. VIII, 13, 9 (ὡς διαμαρτόντα). — Pro ἀνταποδιδόντα minus recte in cod. K^b (El.) ἀποδιδόντα est, pro τὸ ἐνδεχόμενον in eodem et L^b τὰ ἐνδεχόμενα. — Cic. off. II, 20, 69 inops, si bonus est vir, etiam si referre gratiam non potest, habere certe potest.

τὸ δυνατὸν κτλ. Grandior sane et excelsior Apostolus Cor. I, 13, 5: ἡ ἀγάπη οὐ ζητεῖ τὰ ἑαυτῆς. Ceterum cf. Eth. N. IV, 1, 18.

§. 4. οὐ γὰρ ἔστιν ἐν πᾶσι· οὐ γὰρ δυνατὸν ἐπὶ πάντων τὸ κατ' ἀξίαν εὑρεῖν, καθάπερ κτλ. Paraphr.

καὶ τοὺς γονεῖς· καὶ ἐν ταῖς πρὸς τοὺς γονεῖς τιμαῖς. Cf. p. 5.

ἀποδοίη, εἰς δύναμιν δὲ ὁ θεραπεύων ἐπιεικὴς εἶναι δοκεῖ. διὸ κἂν δόξειεν οὐκ ἐξεῖναι υἱῷ πατέρα ἀπείπασθαι, πατρὶ δ' υἱόν· ὀφείλοντα γὰρ ἀποδοτέον, οὐθὲν δὲ ποιήσας ἄξιον τῶν ὑπηργμένων δέδρακεν, ὥστ' ἀεὶ ὀφείλει. οἷς δ' ὀφείλεται, ἐξουσία ἀφεῖναι· καὶ τῷ πατρὶ δή. ἅμα δ' ἴσως οὐδεὶς ποτ' ἂν ἀποστῆναι δοκεῖ μὴ ὑπερβάλλοντος μοχθηρίᾳ·

οὐδεὶς γὰρ — ἀποδοίη. Hanc verborum collocationem suo periculo teneri iubent codd. K[b] M[b] et Int. vet. (nullus enim secundum dignitatem aliquando utique retribuat).

εἰς δύναμιν κτλ. Xen. Mem. I, 3, 3 *ἐπαινέτης ἦν καὶ τοῦ ἔπους τοῦδε* (Hes. opp. 336 = 334)

κὰδ' δύναμιν δ' ἔρδειν ἱέρ' ἀθανάτοισι θεοῖσιν.

De verbis *εἰς δύναμιν* vide Kuehner. gr. gr. §. 603, 3, b; Rost. §. 104, 11, a; Krueger. I, II, p. 293. Ar. Eth. N. X, 9, 22. Part. An. I, 5, p. 645, a, b.

κἄν. Hermann. ad Vig. n. 324. Eth. N. IX, 9, 10.

πατρὶ δ' υἱόν. Dem. Boeot. p. 1006, 20, quem Cardwellus induxit: *ὁ νόμος τοὺς γονέας ποιεῖ κυρίους οὐ μόνον θέσθαι τοὔνομα ἐξ ἀρχῆς, ἀλλὰ καὶ πάλιν ἐξαλεῖψαι, ἐὰν βούλωνται, καὶ ἀποκηρῦξαι.* C. Fr. Hermann. in l. Lehrb. der gr. Staatsalterth. §. 122, 11.

ὀφείλοντα γὰρ ἀποδοτέον. Filium, quia debet patri, implere officii partes sui decet.

οὐδὲν δὲ ποιήσας — δέδρακεν· sed, quantumvis filius in rependendâ gratiâ egerit (*ποιήσας*, quo de participio vide Matth. gr. gr. §. 566, 3; Kuehner. §. 667, c; Krueger. I, II, p. 202, n. 1), nihil tamen, quod dignum sit iis, quae a patre in ipsum collata sunt (*τὰ ὑπηργμένα*), confecerit. Participio *τὰ ὑπηργμένα*, quo merita prius collocata designantur, geminum est illud Demosth. Olynth. I, p. 12, §. 10 *τὰ παρὰ τῶν θεῶν ἡμῖν ὑπηργμένα*, ubi vide doctam Sauppii adnotationem.

ἐξουσία ἀφεῖναι. Cf. Matth. gr. gr. §. 542, n. 1, b; Kuehner. §. 641, c; Krueger. I, II, p. 182, n. 3; Winer. gr. N. T. p. 374; Weber. Dem. Arist. p. 261. Ar. Pol. IV, 6, p. 1293, a, 14 *ποιοῦσιν ἐξουσίαν μετέχειν.* *Ἀφεῖναι* vel adversantibus codd. K[b] M[b] (*ἀφιέναι*) servavi.

ἅμα δ' ἴσως — μοχθηρίᾳ· ἴσως οὐδεὶς πατὴρ ἀφίσταται τοῦ υἱοῦ, μὴ ὑπερβάλλοντος τοῦ υἱοῦ τῇ μοχθηρίᾳ. Paraphr. Cic. Rosc. Am. XIX, 53 exheredare pater filium cogitabat. . . . id erat certi accusatoris officium, qui tanti sceleris argueret, explicare omnia vitia atque peccata filii, quibus incensus parens potuerit animum inducere, ut naturam ipsam vinceret, ut amorem illum penitus insitum eiiceret ex animo, ut denique patrem se esse oblivisceretur: quae sine magnis huiusce peccatis accidere potuisse non arbitror. Verbis *ἅμα δέ* (simul autem hoc moneo, simul

χωρὶς γὰρ τῆς φυσικῆς φιλίας τὴν ἐπικουρίαν ἀνθρωπικὸν μὴ διωθεῖσθαι. τῷ δὲ φευκτὸν ἢ οὐ σπουδαστὸν τὸ ἐπαρκεῖν, μοχθηρῷ ὄντι· εὖ πάσχειν γὰρ οἱ πολλοὶ βούλονται, τὸ δὲ ποιεῖν φεύγουσιν ὡς ἀλυσιτελές.

[Περὶ μὲν οὖν τούτων ἐπὶ τοσοῦτον εἰρήσθω.]

autem illud apparet, ex parte alterâ hoc tenendum est) quoniam invidiam Coraes conflavit, comparationis gratiâ haec subiicio : Phys. I, 2, p. 185, a, 14 ; Lin. Ins. p. 969, b, 10 ; Met. III, 4, p. 1008, a, 30 ; Pol. IV, 9, p. 1294, a, 32. — ἂν ἀποστῆναι· de part. ἂν vide p. 26, verbo ἀποστῆναι cf. IX, 2, 10. IX, 3, 3. IX, 4, 8. Polyb. II, 35, 8 : propter gignendi casum absolutum ὑπερβάλλοντος memento VIII, 13, 2 (ἁμιλλωμένων)

χωρὶς τῆς φυσ. φιλίας· nam *praeterquam* quod naturalis amor adversatur, barbari : abgesehen von —. Plat. Apol. p. 35, b χωρὶς τῆς δόξης οὐδὲ δίκαιόν μοι δοκεῖ εἶναι, ubi vide Stallbaumium. — Vitiose in cod. Kb ὠφελείας legitur.

τῷ δὲ φευκτὸν κτλ.· at ut ille (filius) recuset aut non curet ferendam patri opem, id quidem, si pravus filius est, fieri potest. Cf. Kuehner. gr. gr. §. 587, 5, not. 3.

περὶ μὲν οὖν κτλ. Haec manus sunt alienae, res, coniunctas libris octavo et nono, in diversos libros dispescentis.



ARISTOTELIS
ETHICORUM NICOMACHEORUM
LIBER IX.

Cap. I. Ἐν πάσαις δὲ ταῖς ἀνομοιοειδέσι φιλίαις τὸ ἀνάλογον ἰσάζει καὶ σώζει τὴν φιλίαν, καθάπερ εἴρηται,

Cap. I, 1—4. ARGUMENTUM. *Posteaquam libri VIII capitibus XIII et XIV quae amicorum, tum parium, tum conditione suâ disparium, officia sint et qui fontes expostulationum, explicatum est, libri noni (qui liber a priore iniuriâ divellitur) capite primo de iure eorum philosophus disserit, qui diversis consiliis (quum e. gr. alter ob voluptatem, alter ob utilitatem ad amicum sese applicavit) amicitiam contraxerunt, hic quoque inde exorsus, ut primum, quae exprobrationes discordiam serant (§. 2—4), indicet.*

ἐν πάσαις ταῖς ἀνομοιοειδέσι φιλίαις. Tres amicitiae formas, prout aut utilitate aut voluptate aut virtute conciliatur, Aristoteles posuerat, quae partim sunt ἐν ἰσότητι, partim καθ' ὑπεροχήν (VIII, 6, 7—7, 1), in quibus, sive aequali, sive inaequali portione, eadem ultro citroque subministrantur. Ab his iam τὰς ἀνομοιοειδεῖς φιλίας seiungit eorum, qui diversa ex eâdem amicitiâ petentes, alter voluptatem, alter utilitatem, miscent diversas formas amicitiae : inter quos inaequalitas necessario erumpens proportione quâdam ad aequalitatem revocanda est, quemadmodum idem inter καθ' ὑπεροχήν amicos curandum praeceperat VIII, 7, 2. Vocabulum ipsum autem, conspirantibus optimis quibusque codicibus, ἀνομοιοειδέσι, non ἀνομοειδέσι, scribitur, quo de adiectivo, a Papio quidem in thes. l. gr. praetermisso, vide Steph. thes. Lond. p. 3531, c, coll. Theophr. de caus. pl. I, 22, 1.

εἴρηται. Cf. Eth. N. V, 5, 6 et VIII, 13, 1.

οἷον καὶ ἐν τῇ πολιτικῇ· τῷ σκυτοτόμῳ ἀντὶ τῶν ὑποδημάτων ἀμοιβὴ γίγνεται κατ' ἀξίαν, καὶ τῷ ὑφάντῃ, καὶ τοῖς λοιποῖς. 2. ἐνταῦθα μὲν οὖν πεπόρισται κοινὸν μέτρον τὸ νόμισμα, καὶ πρὸς τοῦτο δὴ πάντα ἀναφέρεται, καὶ τούτῳ μετρεῖται. ἐν δὲ τῇ ἐρωτικῇ ἐνίοτε μὲν ὁ ἐραστὴς ἐγκαλεῖ ὅτι ὑπερφιλῶν οὐκ ἀντιφιλεῖται, οὐθὲν ἔχων φιλητόν, εἰ οὕτως ἔτυχεν· πολλάκις δ' ὁ ἐρώμενος, ὅτι πρότερον ἐπαγγελλό-

οἷον καὶ ἐν τῇ πολιτικῇ. Nam in societate civili (quippe ἡ πολιτικὴ est ἡ πολιτικὴ κοινωνία, cf. VIII, 9, 4) inter hos, qui diversam sibi operam impertiunt, aequitas rerum contractarum proportione aliquâ, nummi potissimum auxilio, reparatur et reficitur : cf. Eth. N. V, 5, 6, ubi eodem τοῦ σκυτοτόμου exemplo utitur. Eud. Eth. VII, 10, p. 1243, b, 31.

ἀμοιβὴ γίγνεται κατ' ἀξίαν. ὁ γὰρ σκυτοτόμος ἀντὶ τῶν ὑποδημάτων οὐχ ὑποδήματα, ἀλλὰ τὸ κατ' ἀξίαν λήψεται· τοῦτο γὰρ σώζει τὰς πολιτικὰς κοινωνίας τὸ ἀναλόγως διδόναι καὶ λαμβάνειν ὧν ἕκαστος δεῖται ἢ εὐπορεῖ. Paraphr.

§. 2. ἐνταῦθα· ἐν τῇ πολιτικῇ κοινωνίᾳ. πεπόρισται· de tempore perfecto cf. VIII, 1, 7 πεπιστεύκασι.

κοινὸν μέτρον τὸ νόμισμα. Communis mensura, quia ad huius aestimationem omnia referuntur, nummus dicitur. Eth. N. V, 5, 10 πάντα συμβλητὰ δεῖ πως εἶναι, ὧν ἐστιν ἀλλαγή (»quarum rerum est permutatio, eas res oportet esse eiusmodi, ut inter se quodammodo comparari possint«)· ἐφ' ὃ τὸ νόμισμ' ἐλήλυθε, καὶ γίγνεταί πως μέσον· πάντα γὰρ μετρεῖ, ὥστε καὶ τὴν ὑπεροχὴν καὶ τὴν ἔλλειψιν, πόσα ἄττα δὴ ὑποδήματ' ἴσον οἰκίᾳ ἢ τροφῇ.

ἐν δὲ τῇ ἐρωτικῇ. Colligatae sententiae hoc pacto sunt : in civili quidem societate disparium disparia officia communi mensurâ, qui nummus est, exaequantur eoque remedio concordia servatur : contra in amicorum disparium societate mensura, quâ dissimilia metiri possimus, desideratur. Eapropter dissidia inter hos nasci mirum non est. Cf. Eth. Eud. VII, 3, p. 1238, b, 35 et supra VIII, 8, 6.

οὐδὲν ἔχων φιλητὸν κτλ. Participii usum grammatici VIII, 14, 4 (ποιήσας) indicati illustrant. εἰ οὕτως ἔτυχε· si contigerit, si fors tulerit, dictione eâdem quae quum alibi, tum Eth. N. III, 4, 2—4. III, 5, 14. Categ. 7, p. 8, b, 12 adhibetur : pro quâ est εἰ ἔτυχεν Eth. N. V, 9, 9. Cf. Waitz. ad Cat. l. l. p. 302; C. F. Hermann. ad Luc. de cons. h. p. 283; Iacobitz. ad Luc. Iov. trag. p. 172.

πρότερον ἐπαγγελλόμενος. Ne et h. l. et infra §. 4 ἐπαγγειλάμενος e Paraphrastae sermone anteponendum putes cf. Krueger. gr. gr. I, II, p. 151, n. 9 et ad Xen. Anab. p. 327, ed. II. Ev. Ioann. IX, 8 οἱ θεωροῦντες αὐτὸν πρότερον, ὅτε τυφλὸς ἦν. Anthol. Pal. V, 113

μενος πάντα νῦν οὐθὲν ἐπιτελεῖ. 3. συμβαίνει δὲ τὰ τοιαῦτα, ἐπειδὰν ὁ μὲν δι' ἡδονὴν τὸν ἐρώμενον φιλῇ, ὁ δὲ διὰ τὸ χρήσιμον τὸν ἐραστήν, ταῦτα δὲ μὴ ἀμφοῖν ὑπάρχῃ. διὰ ταῦτα γὰρ τῆς φιλίας οὔσης, διάλυσις γίγνεται, ἐπειδὰν μὴ γίγνηται ὧν ἕνεκα ἐφίλουν· οὐ γὰρ αὐτοὺς ἔστεργον, ἀλλὰ τὰ ὑπάρχοντα, οὐ μόνιμα ὄντα· διὸ τοιαῦται καὶ αἱ φιλίαι. ἡ δὲ τῶν ἠθῶν καθ' αὑτὴν οὖσα μένει, καθάπερ εἴρηται. 4. διαφέρονται δὲ καὶ ὅταν ἕτερα γίγνηται αὐτοῖς καὶ μὴ ὧν ὀρέγονται· ὅμοιον γὰρ τῷ μηθὲν γίγνεσθαι, ὅταν οὐ

ἡ δὲ πάρος σε καλεῦσα μύρον καὶ τερπὸν Ἄδωνιν
Μηνοφίλα νῦν σοι τοὔνομα πυνθάνεται.

Aesch. Pers. 489 (495). Aesch. Prom. 440 (442) seqq. coll. Thuc. loco, supra VIII, 8, 2 (ὑπὸ — ὀρεγόμενοι) exscripto. Theocr. III, 31—32. XV, 15 seqq. Catull. LXIV, 209

Quae mandata prius constanti mente tenebat.

At idem v. 239 :

Haec mandata prius constanti mente tenentem
Thesea, ceu pulsae ventorum flamine nubes
Aerium nivei montis, liquere, cacumen.

Virg. Aen. VIII, 481. Cic. Sest. LV, §. 118; de Div. II, 1, 1.

§. 3. *τὸν ἐρώμενον φιλῇ.* Ita ingenti codd. consensu cum Bekkero verba pro φιλῇ τὸν ἐρώμενον collocavi. De re cf. VIII, 4, 1.

ταῦτα δὲ μὴ ἀμφοῖν ὑπάρχῃ· ὅταν μήτε ὁ ἐρώμενος πάνυ ἡδὺς ᾖ, μήτε ὁ ἐραστὴς χρήσιμος. Paraphr.

ἐφίλουν. Cf. VIII, 4, 2 ἦσαν φίλοι. Mox pro γίγνηται cod. K[b] γένηται habet : deinceps αὐτοὺς ἔστεργον pro αὐτούς summâ codd. concordiâ Bekkerus restituit.

ἀλλὰ τὰ ὑπάρχοντα. οὐ γὰρ ἀλλήλους ἔστεργον, ἀλλὰ τὰ ἀλλήλων (Paraphr.)· ταῦτα δὲ ἦν τὸ κάλλος καὶ τὰ χρήματα, οὐ μόνιμα ὄντα (Schol.). Eudem. Eth. VII, 10, p. 1243, b, 18 seqq.

τοιαῦται καὶ αἱ φιλίαι. τοιαῦται, hoc est : οὐ μόνιμοι.

ἡ δὲ τῶν ἠθῶν· λέγει τὰ ἤθη τὰς ἀρετάς. Ita Schol. fol. 146, a, contestans voc. ἠθῶν, prolixe illud ab optimis quibusque libris pro ἠθικῶν oblatum. — *εἴρηται·* VIII, 4, 1.

§. 4. *ὅμοιον γὰρ τῷ μηθὲν γίγνεσθαι.* In cod. K[b] paullo supra διαφέρονται δ' ὅταν omisso καὶ invenitur, quod ut non probo, ita plurium auctoritate codd. id confirmatum velim, quod h. l. in eodem codice legitur, ὅμοιον τοῦ μηθὲν γίγνεσθαι, quâ de structurâ cf. Matth. gr. gr. §. 386, n. 2; Kuehner. §. 519, aa; Rost. §. 105, n. 10; Krueger. I, II, p. 71, n. 10 et ad Xen. An. IV, 1, 17; Mullach. ad Ocell. Luc. p. 182 in

ἐφίεται μὴ τυγχάνῃ· οἷον καὶ τῷ κιθαρῳδῷ ὁ ἐπαγγελλόμενος, καὶ ὅσῳ ἄμεινον ᾄσειεν, τοσούτῳ πλείω· εἰς ἕω δ' ἀπαιτοῦντι τὰς ὑποσχέσεις ἀνθ' ἡδονῆς ἡδονὴν ἀποδεδωκέναι ἔφη. εἰ μὲν οὖν ἑκάτερος τοῦτο ἐβούλετο, ἱκανῶς ἂν εἶχεν· εἰ δ' ὁ μὲν τέρψιν, ὁ δὲ κέρδος, καὶ ὁ μὲν ἔχει, ὁ δὲ μή, οὐκ ἂν εἴη τὸ κατὰ τὴν κοινωνίαν καλῶς· ὧν γὰρ δεόμενος

app. ad Arist. de Xen. — Verbi *ἐφίεται* subiectum est *ὁ ἐφιέμενος* : cf. VIII, 2, 3.

οἷον καὶ τῷ κιθαρῳδῷ — τοσούτῳ πλείω· ut etiam citharoedo qui promissa fecit, *et quidem* (*καὶ ἐπαγγελλόμενος*) quanto melius caneret, *tanto plura promissa fecit* (vel *tanto plura promisit*). Hac ratione verbis explicatis, voculae *καί* ante *ὅσῳ* (de quâ cf. Matth. gr. gr. §. 620, e; Kuehner. §. 727, 1) virgine Vestali incorruptiori non recte Coraem vim inferre voluisse, paret. Per priorem autem voculam *καί* (*οἷον καί*) ad narrationem notam respici indicatur : cf. VIII, 12, 6. Praesens tempus *ἐπαγγελλόμενος* vel his quae §. 2 monui, vel eo, quod res adhuc narrari solita indicatur, explicatur. Decepti citharoedi dedecus Plutarchus (de Alex. s. fort. s. virt. II, 1) ad Dionysium tyrannum delegat : *Διονύσιος γοῦν ὁ τύραννος, ὥς φασι, κιθαρῳδοῦ τινος εὐδοκιμοῦντος ἀκούων ἐπηγγείλατο δωρεὰν αὐτῷ τάλαντον· τῇ δ' ὑστεραίᾳ τοῦ ἀνθρώπου τὴν ὑπόσχεσιν ἀπαιτοῦντος· χθές, εἶπεν, εὐφραινόμενος ὑπὸ σοῦ παρ' ὃν ᾖδες χρόνον, εὔφραινα κἀγώ σε ταῖς ἐλπίσιν· ὥστε τὸν μισθὸν ὧν ἔτερπες ἀπελάμβανες εὐθύς, ἀντιτερπόμενος.* De Alexandro eandem narrationem ferri Schol., sed hoc indignam rege iudicans, scriptum reliquit. In suum convertit Eud. Eth. VII, 7, p. 1243, b, 24 — *ὁ κιθαρῳδὸς καὶ ὁ βασιλεύς· ὁ μὲν γὰρ ὡς ἡδεῖ, ὁ δὲ ὡς χρησίμῳ ὡμίλει· ὁ δ', ἐπεὶ ἔδει ἀποδιδόναι αὐτῷ, αὐτὸν ὡς ἥδιον ἐποίησεν καὶ ἔφη, ὥσπερ ἐκεῖνον ᾄσαντα εὐφρᾶναι, οὕτω καὶ αὐτὸς ὑποσχόμενος ἐκείνῳ.*

εἰς ἕω· Matth. gr. gr. §. 578, 6, extr.; Krueger. I, II, p. 293, n. 11; Kuehner. §. 603, 2; Wuestemann. ad Theocr. epigr. XIII, 4.

τοῦτο ἐβούλετο. *τοῦτο* ne ad voc. *ἡδονήν* genere ipso referas, ita explana : *τὸ λαβεῖν ἡδονήν* : cf. VIII, 6, 1 *ταῦτα.*

ἱκανῶς ἂν εἶχεν· satis fuisset : cuius loquendi formae geminae Eth. N. I, 11, 2. VI, 12, 2 habentur : Eth. N. I, 3, 1 *λέγοιτο ἂν ἱκανῶς.* Quibuscum confer, ne plura dem, de part. an. II, 1, p. 646, a, 24 *ἐναντίως ἔχει ἐπὶ τῆς γενέσεως καὶ τῆς οὐσίας.* Pol. VIII, 5, p. 1340, b, 14 (p. 218, §. 10 Stahr.) *ἔχει ἁρμοζόντως* in quibusdam subsidiis.

τὸ κατὰ τὴν κοινωνίαν· cf. VIII, 3, 5 *τὸ κατὰ τὴν φιλίαν.* Multitudinis numero cod. K^b *τὰ κατὰ τ. κ.* suppeditat, id quod necdum alio libro contestatum recipere dubitavi.

τυγχάνει, τούτοις καὶ προσέχει, κἀκείνου γε χάριν ταῦτα δώσει.

5. Τὴν ἀξίαν δὲ ποτέρου τάξαι ἐστί, τοῦ προϊεμένου ἢ τοῦ προλαβόντος; ὁ γὰρ προϊέμενος ἔοικ' ἐπιτρέπειν ἐκείνῳ·

κἀκείνου γε χάριν ταῦτα δώσει. Pronomen ἐκείνου singulari numero ad priorem multitudinis numerum (ὧν δεόμενος τυγχάνει) refertur propterea, quod una res, singulari desiderata occasione, exprimitur : cf. VIII, 3, 3 ἀπολυθέντος — ἐκεῖνα. Contra proximum ταῦτα explica : ταῦτα, ἃ ἔχει : quare τὰ αὐτά cur scribatur, ratio non est. Futurum autem δώσει sic interpretare : *dabit, ut opinor* : collatis Eth. N. VI, 7, 7 verbis his : εἰ γὰρ εἰδείη, ὅτι τὰ κοῦφα εὔπεπτα κρέα καὶ ὑγιεινά, ποῖα δὲ κοῦφα ἀγνοεῖ, οὐ ποιήσει ὑγίειαν· nam si quis sciat, carnes leves esse ad concoquendum faciles et salubres, leves autem quae sint ignoret, valetudinem non efficiet, *ut mea fert opinio*. Supra VIII, 2, 2 διοίσει οὐδέν, discriminis, ut opinor, afferet nihil. Adde IX, 8, 5. IX, 8, 9. IX, 8, 10. IX, 1, 8. IX, 10, 1. Vide de hoc futuri temporis usu Winerum gr. N. T. p. 324. Nihil igitur in his novandum, tametsi δίδωσι et Schol. fol. 146, a (Felic. p. 544) legit et Casaubonus, qui in aliis deesse verbum testatur, legi idem scribit.

Cap. I, 5—9. ARGUMENTUM. *Quaeritur, utrum amicum conveniat aestimare pretium pro officiis delatis reddendum, eumne, beneficium qui contulerit, an eum, qui perceperit. In quo genere distinguuntur tria. A. Aut inter promerentem et merita concipientem fit pactum eiusmodi, ut ille det quod habet alterique permittat, ut, re perceptâ et cognitâ, reddat tantum, quanti rem exploratam aestimet, sed ut aliquam certe, qualiscunque sit, mercedem exspectet. Tum qui accepit, quum solvere nomen promisit, stare debet promissis (§. 5—7* εἰκότως ἐν ἐγκλήμασίν εἰσιν*). B. Aut non fit pactum, ne tacitum quidem, et alter, quia bene vult, nullâ spe mercedis inescatus, amico gratificatur. Tum vero ut consilio et voluntati benefici gratia reddenda respondeat, et pro parte virili retribuatur, aequum est (§. 7* ἐν οἷς δὲ μὴ γίγνεται — *§. 7 extr.). C. Aut fit pactum, sed tacitum : quum dat unus spe fretus certâ remunerationis. Tum aut ambo communi sententiâ taxare meritum debent, aut hic, qui accepit, solus. Posterioris rationis haec esto lex et regula. Acceptam qui habet rem, is considerato, quanti eam, priusquam haberet, fecerit : tunc (antequam compos factus fuit) quanti visa est, tantum remunerator. Pleraque enim homines pluris, antequam possident, vilioris, postquam compotes facti sunt, pendere solent (§. 8—9).*

τοῦ προϊεμένου ἢ τοῦ προλαβόντος; ὁ προϊέμενος is est, qui prior donum dedit, ὁ προλαβών is, qui prior ab altero accepit, vel (ut loquar cum Corn. Nepote Att. 11. coll. Lucret. VI, 804) qui *praecepit* beneficia, idem, qui §. 8 ὁ προέχων vocatur. Nam ut apud alios, ita apud Aristotelem πρό, cum verbis iunctum, factum facto (tempore) prius indicare, ex hoc uno loco intelligi volo, cuius exemplum infra scriptum : Eth. N.

ὅπερ φασὶ καὶ Πρωταγόραν ποιεῖν· ὅτε γὰρ διδάξειεν ἁδήποτε, τιμῆσαι τὸν μαθόντα ἐκέλευεν ὅσου δοκεῖ ἄξια ἐπίστασθαι, καὶ ἐλάμβανε τοσοῦτον. 6. ἐν τοῖς τοιούτοις δ' ἐνίοις ἀρέσκει τὸ

Μισθὸς δ' ἀνδρί —.

οἱ δὲ προλαμβάνοντες τὸ ἀργύριον, εἶτα μηθὲν ποιοῦντες

VII, 7, 8 : ἔνιοι γάρ, ὥσπερ προγαργαλίσαντες (quod verbum thesaurorum l. gr. conditoribus commendo) οὐ γαργαλίζονται, οὕτω καὶ προαισθόμενοι καὶ προϊδόντες καὶ προεγείραντες ἑαυτοὺς καὶ τὸν λογισμὸν οὐχ ἡττῶνται ὑπὸ τοῦ πάθους, οὔτ' ἂν ἡδὺ ᾖ οὔτ' ἂν λυπηρόν. Infra IX, 2, 5 ἡ προϋπαρχὴ legitur. Quum autem quaerit philosophus, *utriusne sit collocati aestimatio beneficii, eiusne, qui prius dederit, an eius, qui prius acceperit,* responderi vult, esse eius, qui prius acceperit, id quod insequens sententia, per voc. γὰρ causam subiiciens, facit planum : cf. VIII, 2, 4 ἢ προσθετέον;

ὅπερ φασὶ καὶ Πρωταγόραν ποιεῖν. De infinitivo modo praesenti ποιεῖν supra VIII, 9, 5 (φαίνονται γίγνεσθαι) grammaticos testati sumus. Protagoras Abderites primus philosophiam mercede docuisse traditur, quo de viro disserunt Brandisius in l. Handb. der Gesch. der gr.-röm. Phil. I, p. 523; Prellerus hist. phil. Gr. Rom. p. 131.

ὅτε διδάξειεν. Matth. gr. gr. §. 521, 2; Rost, §. 121, I, 5, c, aa; Kuehner. §. 809, 2, b. ἐκέλευεν — ἐλάμβανε· Matth. §. 502, 1; Rost. §. 116, II, 8; Kuehner. §. 438, 1, coll. §. 441, 4. τὸν μαθόντα· ὁ μαθὼν ἐστιν ὁ προλαβών· προεδίδου γὰρ ὁ Πρωταγόρας, προελάμβανε δὲ ὁ μανθάνων. Schol.

§. 6. Μισθὸς δ' ἀνδρί. Versus quem Pittheo, Thesei avo, Plut. Thes. 3 adscribit legitur Hesiodi opp. 370 (368) :

Μισθὸς δ' ἀνδρὶ φίλῳ εἰρημένος ἄρκιος ἔστω.

Cuius est haec sententia : merces viro amico dicta esto certa, vel: constituta cum amico merces utique solvatur, ut recte Hermannus explicat opusc. tom. VI, p. 233 : cf. Buttmann. Lexil. II, p. 36—38. Cuius explicationis ab Hermanno propositae haud mediocre firmamentum nostro loco paratur. Nam in hanc esse sententiam dictum ab Aristotele acceptum, declarant proxima, quibus hi, qui contra faciant, nec solvant mercedem pactam, castigantur. Robur interpretationi ex mente eâdem Eudemi Eth. VII, 10, p. 1242, b, 33 accedit : ita enim : βλέπει δ' ἡ μὲν πολιτικὴ φιλία, inquit (νομικὴν Aristotelis VIII, 13, 6 intelligens), εἰς τὸ πρᾶγμα, ὥσπερ οἱ πωλοῦντες καὶ ὠνούμενοι· διὸ εἴρηται· Μισθὸς ἀνδρὶ φίλῳ.

οἱ δὲ προλαμβάνοντες. Praesens tempus pro aoristo προλαβόντες codd. Kb Lb Ob suffragiis debeo, quo dicitur hoc : qui autem praecipiunt pecuniam, postea autem nihil eorum, quae promiserunt, praestant —, merito accusantur.

ὧν ἔφασαν, διὰ τὰς ὑπερβολὰς τῶν ἐπαγγελιῶν, εἰκότως ἐν ἐγκλήμασι γίγνονται· οὐ γὰρ ἐπιτελοῦσιν ἃ ὡμολόγησαν. 7. τοῦτο δ' ἴσως ποιεῖν οἱ σοφισταὶ ἀναγκάζονται διὰ τὸ μηθένα ἂν δοῦναι ἀργύριον ὧν ἐπίστανται. οὗτοι μὲν οὖν ὧν ἔλαβον τὸν μισθὸν μὴ ποιοῦντες εἰκότως ἐν ἐγκλήμασίν εἰσιν.

Ἐν οἷς δὲ μὴ γίγνεται διομολογία τῆς ὑπουργίας, οἱ μὲν δι' αὑτοὺς προϊέμενοι εἴρηται ὅτι ἀνέγκλητοι· τοιαύτη γὰρ ἡ κατ' ἀρετὴν φιλία. τήν ἀμοιβήν τε ποιητέον κατὰ τὴν

εἶτα μηθὲν ποιοῦντες ὧν ἔφασαν. Ne εἶτα δέ dicendum fuisse credas, cf. Rost. gr. gr. §. 130, n. 3; Matth. gr. gr. §. 566, 3; Kuehner. §. 667, c; Baiter. ad Isocr. Paneg. §. 91; Ar. Pol. VII, 16, p. 1334, b, 38; Pol. IV, 9 pr. Similiter Livius XXIV, 13, 7 : triduum ibi moratus Poenus, ab omni parte tentato praesidio, *deinde*, ut nihil procedebat, ad populandum agrum Neapolitanum magis irâ quam potiundae urbis spe processit. Virg. Aen. II, 391 sic fatus, *deinde* comantem Androgei galeam clypeique insigne decorum induitur. Cf. Wagner. quaestt. Virg. XXV, vol. IV, p. 501, 7. De pronominis ὧν attractione cf. VIII, 2, 4 εὖνοι οἷς οὐχ ἑωράκασιν. — ὑπερβολαὶ τῶν ἐπαγγελιῶν nimia sunt promissa : cf. VIII, 6, 2.

§. 7. τοῦτο δ' ἴσως ποιεῖν οἱ σοφισταὶ ἀναγκάζονται. Τοῦτο explica τὸ προλαβεῖν τὸ ἀργύριον παρὰ τῶν μαθητῶν, καὶ μηθὲν ποιεῖν ὧν ἔφασαν. Cic. Acad. pr. II, 23, 72 : *Sophistae* appellabantur ii, qui ostentationis aut quaestus causâ philosophabantur. Ar. Soph. El. I, p. 165, a, 21 : ἔστι γὰρ ἡ σοφιστικὴ φαινομένη σοφία, οὖσα δ' οὔ, καὶ ὁ σοφιστὴς χρηματιστὴς ἀπὸ φαινομένης σοφίας, ἀλλ' οὐκ οὔσης. Xen. Mem. I, 6, 13 : τὴν σοφίαν τοὺς ἀργυρίου τῷ βουλομένῳ πωλοῦντας σοφιστὰς ὥσπερ πόρνους ἀποκαλοῦσιν. De Sophistis cfr. Brandis. I, p. 517; Zeller. I, p. 251; Preller. p. 128.

διὰ τὸ μηθένα ἂν δοῦναι ἀργύριον· ὅτι οὐδεὶς οὐδ' ὀβολὸν αὐτοῖς προθύμως παρέσχεν ἄν, εἰ ὁμολογεῖν ἤθελον ἃ διδάσκειν ἠπίσταντο. Schol. De particulâ ἂν cf. VIII, 4, 3 τὸ μήποτ' ἂν ἀδικῆσαι.

διομολογία· σημαίνει τὸ παρὰ τοῖς Γάλλοις convention. Coraes.

οἱ μὲν δι' αὑτοὺς πρ. — ἀνέγκλητοι· qui propter ipsam personam, propter mores et honestatem, priores in alterum conferunt beneficia, vacant, ut diximus (VIII, 13, 11), criminationibus. Verbum εἰσί quod et codd. Bekkeriani omnes et, monente Krischio l. l., Parisinus cod. Zellii Paraphrastaque ignorant, post. voc. ἀνέγκλητοι exterminavi : cf. VIII, 6, 6.

τοιαύτη· talis, quae criminationibus locum non det.

τήν ἀμοιβήν τε ποιητέον κτλ. De proborum virorum necessitudine philosophus loquitur : cf. VIII, 13, 1. Voculae τέ usus infra IX, 4, 9 explicabitur.

προαίρεσιν· αὕτη γὰρ τοῦ φίλου καὶ τῆς ἀρετῆς. οὕτω δ' ἔοικε καὶ τοῖς φιλοσοφίας κοινωνήσασιν· οὐ γὰρ πρὸς χρήμαθ' ἡ ἀξία μετρεῖται, τιμή τ' ἰσόρροπος οὐκ ἂν γένοιτο· ἀλλ' ἴσως, ὃ ἱκανόν, καθάπερ πρὸς θεοὺς καὶ πρὸς γονεῖς, τὸ ἐνδεχόμενον.

8. Μὴ τοιαύτης δ' οὔσης τῆς δόσεως, ἀλλ' ἐπί τινι, μάλιστα μὲν ἴσως δεῖ τὴν ἀνταπόδοσιν γίγνεσθαι δοκοῦσαν ἀμφοῖν κατ' ἀξίαν εἶναι· εἰ δὲ τοῦτο μὴ συμβαίνοι, οὐ μόνον ἀναγκαῖον δόξειεν ἂν τὸν προέχοντα τάττειν, ἀλλὰ

οὕτω δ' ἔοικε — κοινωνήσασιν· ita faciendum videtur (οὕτω ποιητέον, ut ad consilium et voluntatem benefici, gratia referatur) etiam his, philosophiae qui sunt participes facti, h. e. discipulis, quibus philosophiae magistri verae (a Sophistis toto coelo diversi) praecepta tradiderunt : ad quorum rationem VIII, 8, 6 respexerat auctor : cf. Eth. Eud. VII, 10, p. 1243, b, 21.

ἡ ἀξία· doctrinae pretium perceptae. Eth. Eud. VII, 10, p. 1243, b, 22 : ἐπιστήμη γὰρ καὶ χρήματα οὐχ ἑνὶ μετρεῖται.

τιμή τ' ἰσόρροπος κτλ. Eth. N. IV, 3, 17 ἀρετῆς γὰρ παντελοῦς οὐκ ἂν γένοιτο ἀξία τιμή. X, 7, 3.

ἀλλ' ἴσως, ὃ ἱκανόν, καθάπερ πρὸς θεοὺς κτλ. Ita verba ex cod. K[b] exhibui, ὃ vocabulo ante ἱκανόν inserto, καί post καθάπερ omisso. Confirmat enim Interpres vetus, cuius fol. 31, a, haec verba sunt : pretiumque aequiponderans non utique fiet : sed forte *quod* sufficiens : quemadmodum ad deos et parentes pertingens. *Καί* ne Aretinus quidem neque Argyropulus legerant. Sententia igitur haec est : paris momenti honos praeceptori reperiri non potest : sed fortasse reperiri aliquid potest (ἀλλ' ἴσως ἂν γένοιτο), id quod sufficit (ὃ ἱκανόν), id quod aequi boni magister faciet, sicut adversus deos et parentes inveniri tale quid potest, nimirum hoc, quod est in hominis grati memorisque potestate (τὸ ἐνδεχόμενον). De gratiâ diis parentibusque habendâ VIII, 14, 4 philosophus exegerat.

§. 8. μὴ τοιαύτης δ' οὔσης τῆς δόσεως. *Τοιαύτης*· qualis est hominum honestorum, et praeceptorum vere philosophorum largitio promptaque bene de altero merendi voluntas.

ἀλλ' ἐπί τινι· τοῦτ' ἐστὶ δι' ἀντίδοσιν καὶ ἀντευποιΐαν τὴν διὰ χρημάτων. Schol. Cf. VIII, 13, 6 ἐπὶ ῥητοῖς. Paullo infra συμβαίνῃ pro συμβαίνοι cod. K[b] praefert.

οὐ μόνον ἀναγκαῖον — τάττειν. Qui prius accepit donum h. l. ὁ προέχων dicitur : cf. §. 5 ὁ προλαβών. Huius est τάττειν τὴν ἀξίαν, id quod §. 5 declarat coll. VIII, 13, 11. Verbum εἶναι olim ante δόξειεν lectum, et Aretini silentio suspectum et Bekkerianorum subsidiorum calculis damnatum, Bekkero obsecutus, induxi.

καὶ δίκαιον· ὅσον γὰρ ἂν οὗτος ὠφεληθῇ, ἢ ἀνθ' ὅσου τὴν ἡδονὴν εἵλετ' ἄν, τοσοῦτον ἀντιλαβὼν ἕξει τὴν παρὰ τούτου ἀξίαν· καὶ γὰρ ἐν τοῖς ὠνίοις οὕτω φαίνεται γιγνόμενον. 9. ἐνιαχοῦ τ' εἰσὶ νόμοι τῶν ἑκουσίων συμβολαίων δίκας μὴ εἶναι, ὡς δέον, ᾧ ἐπίστευσε, διαλυθῆναι πρὸς τοῦτον, καθάπερ ἐκοινώνησεν. ᾧ γὰρ ἐπετράφθη, τοῦτον οἴεται εἶναι

ὅσον γὰρ ἂν οὗτος ὠφεληθῇ — ἀξίαν· quantum hic adiutus fuerit (nam habet in talibus vim futuri temporis exacti coniunctivus: cf. Herm. de p. ἂν p. 81 seqq.; Baeumlein. in l. Untersuch. über d. gr. Modi, p. 208 seqq.) aut quanto voluptatem emere voluisset (εἵλετ' ἄν, cf. VIII, 13, 9 ἠξίωσεν ἄν), tantum ubi is, qui prior dedit, vicissim acceperit, iustam ab illo mercedem consequetur. Ὅσον γὰρ ἂν — ὠφεληθῇ suadentibus codd. K^b^ O^b^ cum Zellio prae illo ὅσον γὰρ — ὠφελήθη servavi. Ante participium ἀντιλαβών, nostram explicationem quum probaveris, cur articulus ὁ (id quod suadet Zellius Coraesque) inseratur, ratio non est.

καὶ γὰρ ἐν τοῖς ὠνίοις κτλ. De verbis καὶ γάρ VIII, 4, 1 (καὶ γὰρ οἱ ἀγαθοί) diximus. Sententiam Schol. ita expedit: ὁ γὰρ ὠνούμενος καὶ ἐν τούτοις (τοῖς ὠνίοις), ἀλλ' οὐχ ὁ πωλῶν τάττει τὴν τοῦ ὠνίου τιμήν. ὁ γὰρ πιπράσκων πλέον ἀεὶ ἐπιζητεῖ τῆς ἀξίας· ὁ δ' ὠνούμενος τοσοῦτον δίδωσιν, ὅσην οἴεται γενέσθαι τὴν ἀπὸ τοῦ ὠνίου ὠφέλειαν.

§. 9. ἐνιαχοῦ τ' εἰσὶ νόμοι κτλ. Particulae τέ usus infra IX, 4, 9 explicetur. ἑκούσια συμβόλαια contractus sunt, quos ultro homines ineunt, cuius sunt generis venditio, emtio, mutuum, depositum (Eth. N. V, 2, 13): cf. et Pol. III, 1, p. 1275, b, 9; Pol. III, 3, p. 1276, a, 10; Pol. IV, 15, p. 1300, b, 12; Pol. VI, 8, p. 1321, b, 14; Anaxim. Rhet. p. 15, 19—20, p. 36, 25 Spengel.; Dissen. ad Dem. Cor. comm. p. 371—372. Rei ipsius gratiâ cf. VIII, 13, 6.

ὡς δέον· Matth. gr. gr. §. 568, 3; Rost. §. 131, 4; Kuehner. §. 673. Arist. Pol. I, 2, p. 1252, b, 9 διό φασιν οἱ ποιηταί· „βαρβάρων δ' Ἕλληνας ἄρχειν εἰκός“· ὡς ταὐτὸ φύσει βάρβαρον καὶ δοῦλον ὄν. Eth. N. III, 5, 9; Eth. N. III, 2, 17, ubi vide Zellium. Polit. I, 1, p. 1252, a, 12 πλήθει καὶ ὀλιγότητι νομίζουσι διαφέρειν, ἀλλ' οὐκ εἴδει, τούτων ἕκαστον — ὡς οὐδὲν διαφέρουσαν μεγάλην οἰκίαν ἢ μικρὰν πόλιν. Eth. N. X, 1, 3; X, 2, 2; M. M. II, 11, p. 1208, b, 14. — Proximi ᾧ ἐπίστευσε subiectum est ὁ πιστεύσας: cf. VIII, 2, 3. Verbum διαλυθῆναι VIII, 13, 5 interpretati sumus.

ἐπετράφθη. De hac verbi ἐπιτρέπειν formâ consulendi sunt Buttmann. gr. gr. II, p. 306, ed. Lob.; Matth. §. 252, τρέπω; Krueger. II, I, p. 144.

οἴεται· ὁ νόμος ἢ ὁ νομοθέτης. Schol. fol. 147, a. De adiectivo δικαιότερος cum infinitivo modo coniuncto cf. VIII, 6, 5.

δικαιότερον τάξαι τοῦ ἐπιτρέψαντος. τὰ πολλὰ γὰρ οὐ τοῦ ἴσου τιμῶσιν οἱ ἔχοντες καὶ οἱ βουλόμενοι λαβεῖν· τὰ γὰρ οἰκεῖα καὶ ἃ διδόασιν ἑκάστοις φαίνεται πολλοῦ ἄξια. ἀλλ' ὅμως ἡ ἀμοιβὴ γίγνεται πρὸς τοσοῦτον, ὅσον ἂν τάττωσιν οἱ λαμβάνοντες. δεῖ δ' ἴσως οὐ τοσούτου τιμᾶν, ὅσου ἔχοντι φαίνεται ἄξιον, ἀλλ' ὅσου, πρὶν ἔχειν, ἐτίμα.

Cap. II. Ἀπορίαν δ' ἔχει καὶ τὰ τοιαῦτα, οἷον πότερα δεῖ πάντα τῷ πατρὶ ἀπονέμειν καὶ πείθεσθαι, ἢ κάμνοντα

τὰ πολλά· Hermann. ad Vig. n. 96; Matth. gr. gr. §. 266; Rost. §. 98, n. 5; Kuehner. §. 489, c. Eth. N. V, 2, 10 τὰ πολλὰ τῶν νομίμων.

φαίνεται πολλοῦ ἄξια· κἂν μὴ μεγάλα ᾖ. Schol.

οἱ λαμβάνοντες. Quod scripsi λαμβάνοντες pro λαβόντες, hoc munitur et firmatur quum codd. Kb Lb Ob, tum oratione Interpretis vet. f. 31, a (sed tamen retributio fit ad tantum, quantum utique ordinant *accipientes)* et Argyropuli (attamen retributio fit eâ, quam statuunt ii, qui *capiunt*, quantitate).

Cap. II, 1—3. ARGUMENTUM. *Non cuncta cunctis tradere convenit. Hoc, quod dixi, praeceptum capite secundo expositurus Aristoteles a quaestione captiosâ proficiscitur (§. 1) : praeceptum, quod ad omnes causas pertineat, (quia in hoc genere exactius omnia et pressius distingui nequeant) quam difficile inventu sit, declarat (§. 2) : leges in universum fert has duas : A. unam, non esse omnia uni eidemque praestanda : B. alteram, beneficium huic, a quo ipse tuleris, esse referendum potius, quam, neglectâ gratiâ iustâ, bene de tertio aliquo merendum (§. 3).*

ἀπορίαν ἔχει. Dicendi genus Aristoteli usitatissimum: infra IX, 3, 1 ἔχει ἀπορίαν, sicut Phys. I, 2, p. 185, b, 11 ἔχει ἀπορίαν περὶ τοῦ —. Phys. I, 3, p. 186, a, 9; Phys. II, 8, p. 198, b, 16. Eth. N. I, 10, 4 ἀπορίαν παρέχει ταῦτα coll. Met. XI, 9, p. 1074, b, 15. Quibus affinia haec sunt : Eth. N. VIII, 13, 10 ἔχει ἀμφισβήτησιν. Eth. Eud. VII, 6, p. 1240, a, 8 ἔχει ἐπίσκεψιν. Met. II, 2, p. 997, b, 5 ἔχει δυσκολίαν. Met. XI, 9, p. 1075, b, 17 ἔχει δυσκολίας coll. Phys. I, 2, p. 185, a, 20. Eth. Eud. VII, 2, p. 1236, b, 33.

τὰ τοιαῦτα. Τοιαῦτα scripsi pro τοιάδε ex codd. Kb Lb Ob, lectum idem ab Argyrop. et Interprete vetere (quorum posterior : dubitationem autem habent *talia)* : cf. Matth. gr. gr. §. 470, 1, not.; Kuehner. §. 629, 6; Krueger. I, II, p. 117, n. 3. Arist. Eth. N. VII, 4, 2 λέγω δὲ τὰ τοιαῦτα. Kraner. ad Plut. Phoc. IX, p. 23 : ubi hoc dicitur : λόγον εἶπεν αὐτοῖς τοιοῦτον. Liv. XXI, 12, 8 cuius *talis* oratio fuit. Cic. off. III, 23, 89. Corn. Nep. Chabr. 4 Chabrias autem periit bello sociali *tali* modo.

πότερα δεῖ πάντα τῷ πατρὶ κτλ. De voc. πότερα cf. VIII, 13, 10. — πάντα· num *in omnibus*, quaecunque iusserit, patri sit mos

μὲν ἰατρῷ πειστέον, στρατηγὸν δὲ χειροτονητέον τὸν πολεμικόν· ὁμοίως δὲ φίλῳ μᾶλλον ἢ σπουδαίῳ ὑπηρετητέον, καὶ εὐεργέτῃ ἀνταποδοτέον χάριν μᾶλλον ἢ ἑταίρῳ προετέον, ἐὰν ἄμφω μὴ ἐνδέχηται.

2. Ἆρ' οὖν πάντα τὰ τοιαῦτα ἀκριβῶς μὲν διορίσαι οὐ ῥᾴδιον; πολλὰς γὰρ καὶ παντοίας ἔχει διαφορὰς καὶ μεγέθει καὶ μικρότητι καὶ τῷ καλῷ καὶ ἀναγκαίῳ.

gerendos. Namque, ut ait M. Tullius off. I, 17, 58, si contentio quaedam et comparatio fiat, quibus plurimum tribuendum sit officii, principes sint patria et parentes, quorum beneficiis maximis obligati sumus. Gell. Noct. Att. II, 7 quaeri solitum est in philosophorum disceptationibus, an semper inque omnibus iussis patri parendum sit.

κάμνοντα — πειστέον. De accusandi casu VIII, 13, 9 explicatum est.

τὸν πολεμικόν· οὐ τὸν πατέρα. Schol.

ὁμοίως δὲ φίλῳ μᾶλλον κτλ. Loquitur de communibus amicitiis: nam in sapientibus viris perfectisque nihil potest esse tale. Cic. off. III, 10, 45. Eudem. Eth. VII, 11, p. 1244, a, 3 : *τοῦτο δὲ τὸ αὐτὸ πρόβλημά ἐστι, πότερον τὸν φίλον ἢ τὸν σπουδαῖον εὖ ποιητέον μᾶλλον. ἂν μὲν γὰρ φίλος καὶ σπουδαῖος, ἴσως οὐ λίαν χαλεπόν, ἂν μή τις τὸ μὲν αὐξήσῃ τὸ δὲ ταπεινώσῃ, φίλον μὲν σφόδρα ποιῶν, ἐπιεικῆ δ' ἠρέμα. εἰ δὲ μή, πολλὰ προβλήματα γίγνεται.* Cic. Lael. X, 35 — XII, 43. XVII, 61. Cic. off. III, 10, 43 : maxime autem perturbantur officia in amicitiis, quibus et non tribuere, quod recte possis, et tribuere, quod non sit aequum, contra officium est. Gellius I, 3.

προετέον. Hoc equidem verbum (codd. K^b Vrat.) vernaculum, *δοτέον* venalicium iudico. Proximum *ἄμφω*, pro *ἀμφοῖν* a cod. K^b subministratum, Argyropuli interpretatione *(utrumque)* satis ad recipiendum commendationis accepit. Verbo *προετέον* quum superiora IX, 1, 5, tum illa iuvat comparare Plat. Gorg. p. 520, c : *προέσθαι τὴν εὐεργεσίαν*, coll. Xen. An. VII, 7, 47 : tum Arist. Rhet. I, 9, p. 1367, b, 6 *προετικὸς τοῖς τυχοῦσι*, coll. Eth. N. IV, 1, 20. IV, 2, 8.

§. 2. *Ἆρ' οὖν κτλ.* Respondendum *non esse facile* interrogationi est, id quod adiecta proximis causa declarat : cf. VIII, 2, 4 *ἢ προσθετέον — ;* *In re incerta incerta praeceptio est*, et h. l. philosophus ait, et Eth. N. I, 3, 1 : *ἡ μὲν οὖν μέθοδος τούτων ἐφίεται —· λέγοιτο δ' ἂν ἱκανῶς, εἰ κατὰ τὴν ὑποκειμένην ὕλην διασαφηθείη· τὸ γὰρ ἀκριβὲς οὐχ ὁμοίως ἐν ἅπασι τοῖς λόγοις ἐπιζητητέον, ὥσπερ οὐδ' ἐν τοῖς δημιουργουμένοις.* Eth. N. II, 2, 3 : *ἐκεῖνο δὲ προδιομολογείσθω, ὅτι πᾶς ὁ περὶ τῶν πρακτῶν λόγος τύπῳ καὶ οὐκ ἀκριβῶς ὀφείλει λέγεσθαι —· τὰ δ' ἐν ταῖς πράξεσι καὶ τὰ συμφέροντα οὐδὲν ἑστηκὸς ἔχει, ὥσπερ οὐδὲ τὰ ὑγιεινά.*

πολλὰς γὰρ καὶ παντοίας ἔχει διαφορὰς κτλ. Multas hae

3. Ὅτι δ' οὐ πάντα τῷ αὐτῷ ἀποδοτέον, οὐκ ἄδηλον. καὶ τὰς μὲν εὐεργεσίας ἀνταποδοτέον ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ μᾶλλον ἢ χαριστέον ἑταίροις, [καὶ] ὥσπερ δάνειον ᾧ ὀφείλει ἀποδοτέον μᾶλλον ἢ ἑταίρῳ δοτέον.

4. Ἴσως δ' οὐδὲ τοῦτ' ἀεί, οἷον τῷ λυτρωθέντι παρὰ λῃστῶν πότερα τὸν λυσάμενον ἀντιλυτρωτέον, κἂν ὁστισοῦν ᾖ, ἢ καὶ μὴ ἑαλωκότι, ἀπαιτοῦντι δέ, ἀποδοτέον, ἢ τὸν πατέρα λυτρωτέον; δόξειε γὰρ ἂν καὶ ἑαυτοῦ μᾶλλον τὸν

res variasque admittunt differentias, neque eodem inter se variant modo, sed pluribus: magnitudine nimirum, parvitate; honestate, necessitate. Neque enim eodem modo parva omnia aut magna, aut honesta ac necessaria videntur esse. Interdum enim inservire amico, magis videtur necessarium, quam viro honesto: interdumque ei, a quo beneficium acceperis, honestius est bene facere quam amico: et contra. Ideo rationem singulorum reddere accuratam nemo omnino potest. Paraphr. Heinsio interprete. De causâ eâdem Cic. off. I, 16, 49: in collocando beneficio et in referendâ gratiâ, si cetera paria sunt, hoc maxime officii est, *ut quisque maxime opis indigeat*, ita ei potissimum opitulari. Cf. ibid. I, 18, 59. Gell. I, 2: has tamen (inquit Theophrastus) parvitates rerum et magnitudines atque has officiorum aestimationes alia nonnunquam momenta extrinsecus atque alia, quasi appendices personarum et causarum et temporum et circumstantiae ipsius necessitates, quibus includere praecepta difficile est, moderantur et regunt et quasi gubernant, et nunc ratas efficiunt, nunc irritas. De nominibus τῷ καλῷ, τῷ ἀναγκαίῳ VIII, 1, 2 monuimus.

§. 3. ὡς ἐπὶ τὸ πολύ. Aristoteles quidem sic plerumque dicit, quo id, quod *plerumque* fiat, enunciet: exempla diligentia suppeditat Zellii ad Eth. N. X, 4, 1; Bonitzii obss. cr. in M. M. et Eth. Eud. p. 27; Waitzii ad Anal. pr. p. 25, b, 14 (p. 378—379).

[καὶ] ὥσπερ. Attentatur vocula καί, praetermissa illa in cod. K[b], non reperta nec relata a Paraphrastâ p. 579, non conversa ab Aretino, alio loco sive posita sive inventa ab Argyropulo, transferente illo quidem: *sicut et* mutuum reddendum potius. — Verbum ὀφείλει explana: ὁ ὀφείλων; cf. VIII, 2, 3.

Cap. II, 4—5. ARGUMENTUM. *Exceptiones legis posterioris §. 3 latae: non referre bene merito gratiam, sed tertio alicui (cui nihil debeas) facultatibus tuis opitulari, honestius interdum est magisque necesse (§. 4): parem bene merito gratiam referre, interdum ne aequum quidem est (§. 5).*

πότερα. Hoc pro πότερον fluxit e cod. K[b]. — ἀπαιτοῦντι· τὰ λύτρα. — τὸν πατέρα· τὸν ἑαυτοῦ πατέρα: cf. de hac vi articuli Kuehner. gr. gr. §. 627, 1 et Carolum Ameisium, diss. de articuli usu apud poetas Gr. bucol. p. 16. Quamquam ad illa, quae VIII, 8, 2 indicata sunt,

πατέρα. 5. ὅπερ οὖν εἴρηται, καθόλου μὲν τὸ ὀφείλημα ἀποδοτέον, ἐὰν δ' ὑπερτείνῃ ἡ δόσις τῷ καλῷ ἢ τῷ ἀναγκαίῳ, πρὸς ταῦτ' ἀποκλιτέον· ἐνίοτε γὰρ οὐδ' ἐστὶν ἴσον τὸ τὴν προϋπαρχὴν ἀμείψασθαι, ἐπειδὰν ὁ μὲν σπουδαῖον εἰδὼς εὖ ποιήσῃ, τῷ δὲ ἡ ἀνταπόδοσις γίγνηται, ὃν οἴεται μοχθηρὸν εἶναι. οὐδὲ γὰρ τῷ δανείσαντι ἐνίοτε ἀντιδανειστέον· ὁ μὲν γὰρ οἰόμενος κομιεῖσθαι ἐδάνεισεν ἐπιεικεῖ ὄντι, ὁ δ' οὐκ ἐλπίζει κομιεῖσθαι παρὰ πονηροῦ. εἴτε τοίνυν τῇ ἀληθείᾳ οὕτως ἔχει, οὐκ ἴσον τὸ ἀξίωμα· εἴτ' ἔχει μὲν μὴ οὕτως, οἴονται δέ, οὐκ ἂν δόξαιεν ἄτοπα ποιεῖν.

res fere redit : nam et ita accipi licet : hunc, quem habet, patrem. Cf. IX, 11, 3. Soph. Oed. R. 357. Luc. Conv. 29 ὡς κελεύσαντος τοῦ πατρός.

§. 5. ὅπερ. Cf. §. 6. IX, 3, 1. IX, 5, 2. Cic. Pis. XXXII, 79 *quod* iam de eo, his audientibus, saepe dixi, me ille sui totius consulatus... socium esse voluit.

καθόλου μὲν — ἀποδοτέον. Eleganter Paraphr. superiorum memoriam refricat his verbis : καθόλου μὲν καὶ ἐπὶ τὸ πολὺ ἀνταποδοτέον τὸ ὀφείλημα μᾶλλον ἢ χαριστέον τῷ φίλῳ.

ἐὰν δ' ὑπερτείνῃ ἡ δόσις κτλ.' si haec largitio, in amicum quae facienda est, honestate vel necessitate beneficium reddendum *praeponderat* (Cic. off. III, 4, 18), hoc est, si dare amico, quam reddere beneficii auctori honestius est vel necesse magis : tum ad haec oportet esse propensiorem, quae honestiora sunt et necessaria magis. Nam verbum ὑπερτείνειν saepe apud Aristotelem intelligitur *superare, antecedere, praestare*, ut in his Eth. N. IX, 11, 4 : κἂν μὴ ὑπερτείνῃ (τὸν ἕτερον) τῇ ἀλυπίᾳ, nisi quis indolentiā superior est altero : III, 1, 7 ἃ ὑπερτείνει τὴν ἀνθρωπίνην φύσιν, quae humanae vires naturae superant. III, 8, 9 : ὑπερτείνει ὁ κίνδυνος, maius est periculum. Adde Anal. pr. I, 14, p. 33, a, 39; Anal. pr. II, 27, p. 70, b, 34; Probl. III, 3, 5, p. 871, a, 39; Pol. IV, 11, p. 1296, a, 16. Ibid. b, 28.

τὴν προϋπαρχήν. Meritum eius, qui prior alterum beneficio provocavit, intelligit philosophus. Cf. VIII, 14, 4 τὰ ὑπηργμένα. Eth. N. IV, 3, 24 ὁ ὑπάρξας coll. IV, 2, 14. V, 5, 7.

ἀντιδανειστέον. Significatur in verbo ἀντιδανείζειν (verbo ne usitatissimis quidem thesauris gr. linguae ullo pacto indigno) hoc : vicissim mutuum dare ei, qui antea mutuum tibi dederit.

τοίνυν. Kuehner. gr. gr. §. 758, 1; Rost. §. 134, C, 7, c; Krueger. I, II, p. 327, 62. Ar. Phys. I, 2, p. 185, b, 3 et 9; Metaph. XII, 1, p. 1076, a, 38.

6. Ὅπερ οὖν πολλάκις εἴρηται, οἱ περὶ τὰ πάθη καὶ τὰς πράξεις λόγοι ὁμοίως ἔχουσι τὸ ὡρισμένον τοῖς περὶ ἅ εἰσιν. ὅτι μὲν οὖν οὐ ταὐτὰ πᾶσιν ἀποδοτέον, οὐδὲ τῷ πατρὶ πάντα, καθάπερ οὐδὲ τῷ Διῒ θύεται, οὐκ ἄδηλον. 7. ἐπεὶ δ' ἕτερα γονεῦσι καὶ ἀδελφοῖς καὶ ἑταίροις καὶ εὐεργέταις, ἑκάστοις τὰ οἰκεῖα καὶ τὰ ἁρμόττοντα ἀπονεμητέον. οὕτω δὲ καὶ ποιεῖν φαίνονται· εἰς γάμους μὲν γὰρ καλοῦσι τοὺς συγγενεῖς· τούτοις γὰρ κοινὸν τὸ γένος καὶ αἱ περὶ τοῦτο

Cap. II, 6—7. ARGUMENTUM. *Formulam priorem §. tertiae, quâ omnibus omnia tribuenda esse negaverat, pluribus auctor persequitur.*

ὅπερ οὖν πολλάκις εἴρηται κτλ. Quae in affectibus et actionibus explicandis versantur disputationes, rationem habent tam exploratam, quam habent ea, in quibus versantur explorandis : atqui res humanae vitaeque casus diversa habent, fluxa, varia : ergo ne praeceptio quidem accurata, et quae ad causas apta sit omnes, dari potest. Quod dicit Aristoteles ὅπερ πολλάκις εἴρηται, referendum est ad has sententias, quas supra §. 2 ἆρ' οὖν κτλ. ex prioribus Ethicorum libris exscripsimus, quibus de ratione ac viâ quaestionum moralium ingenue profitetur : cf. Riccobonum p. 751 ; Zellium ad Eth. N. I, 3, 4 ; Krischium in ephem. Jenaer Littztg. 1836, No. 15, p. 115 ; Spengelium in l. Abhandlungen der philos.-philol. Classe der bayer. Acad. der Wissensch. 3. Bd. 2. Abthlg. p. 475. — Οἱ λόγοι sunt *quaestiones* : Eth. N. I, 3, 1. I, 3, 5. I, 7, 2 : atque οἱ περὶ τὰ πάθη καὶ πράξεις λόγοι, *quaestiones morales* : cf. Eth. N. II, 7, 1. I, 3, 5 et imprimis X, 1, 3 οἱ περὶ τῶν ἐν τοῖς πάθεσι καὶ ταῖς πράξεσι λόγοι ἧττόν εἰσι πιστοὶ τῶν ἔργων.

οὐδὲ τῷ πατρί. οὔτε γὰρ εἰ πρὸς ἄρησιν ἡμᾶς ἐκκαλεῖται τοῦ ζῶντος Θεοῦ, πεισόμεθα αὐτῷ, οὔτε πατρίδα παραδοῦναι ἀναγκάζοντι. ἀλλ' ἐκεῖνα ἀποδώσομεν, ἃ πατρὶ χρεὼν ἀπονέμειν, τιμήν, θεραπείαν σώματος, ἐπικουρίαν ἅπασαν ἄλλην. Schol.

καθάπερ οὐδὲ τῷ Διῒ θύεται· sicut ne Iovi quidem *omnia* immolantur : cf. VIII, 7, 2 οὐδὲ δεῖ ζητεῖν. De sententiâ vide Eth. N. V, 7, 1 νομικὸν αἶγα θύειν (Διΐ), ἀλλὰ μὴ Διῒ πρόβατα : coll. Herod. II, 42 ὅσοι μὲν δὴ Διὸς Θηβαιέος ἵδρυνται ἱρὸν ἢ νομοῦ Θηβαίου εἰσί, οὗτοι μέν νυν πάντες ὀΐων ἀπεχόμενοι αἶγας θύουσιν. Eud. Eth. VII, 11, p. 1244, a, 13—15.

§. 7. τοὺς συγγενεῖς. De cognatis ad celebrandas nuptias vocari solitis cf. Demosth. Onetor. p. 869, 22 τῶν τοιούτων ἕνεκα καὶ γάμους ποιοῦμεν καὶ τοὺς ἀναγκαιοτάτους παρακαλοῦμεν, ὅτι οὐ πάρεργον, ἀλλ' ἀδελφῶν καὶ θυγατέρων βίους ἐγχειρίζομεν, ὑπὲρ ὧν τὰς ἀσφαλείας μάλιστα σκοποῦμεν. Unde illis Aristotelis αἱ περὶ τοῦτο δὴ πράξεις affertur lumen. Plutarch. Sympos. IV, 3, 2—3. Becker. in l. Charikles, II, p. 469.

δὴ πράξεις· καὶ εἰς τὰ κήδη δὲ μάλιστ' οἴονται δεῖν τοὺς συγγενεῖς ἀπαντᾶν διὰ ταὐτό.

8. *Δόξειε δ' ἂν τροφῆς μὲν γονεῦσι δεῖν μάλιστ' ἐπαρκεῖν, ὡς ὀφείλοντας· καὶ τοῖς αἰτίοις τοῦ εἶναι κάλλιον ἢ ἑαυτοῖς εἰς ταῦτ' ἐπαρκεῖν. καὶ τιμὴν δὲ γονεῦσι καθάπερ θεοῖς, οὐ πᾶσαν δέ· οὐδὲ γὰρ τὴν αὐτὴν πατρὶ καὶ μητρί· οὐδ' αὖ τὴν τοῦ σοφοῦ ἢ [τὴν] τοῦ στρατηγοῦ, ἀλλὰ τὴν*

εἰς τὰ κήδη — ἀπαντᾶν. Κήδη *funera et parentalia* informantur: explanandum est enim, quod falsa a quibusdam prolata video. De more propinquorum ad exsequias cohonestandas conveniendi cf. Becker. Charikl. II, p. 180.

Cap. II, 8—10. ARGUMENTUM. *Parentibus, aetate maioribus, fratribus, sodalibus, ceteris, quae debeantur propria, singillatim philosophus edissertat.*

τροφῆς — ἐπαρκεῖν. Matth. gr. gr. §. 326, 3; Kuehner. §. 519, 1, a; Rost. §. 108, I, 2, c; Xen. Mem. II, 1, 31 *τίς δ' ἂν δεομένῃ τινὸς ἐπαρκέσειεν*; Ibid. II, 6, 23 *δύνανται δὲ καὶ χρημάτων οὐ μόνον — κοινωνεῖν, ἀλλὰ καὶ ἐπαρκεῖν ἀλλήλοις.* Herbst. ad Mem. I, 2, 60. De re cf. Arist. Oecon. I, 3, p. 1343, b, 22. Cic. off. I, 17, 58; ad Att. IX, 9, 3 parentes non alere nefarium. Inde natum verbum *ἀντιπελαργεῖν*, quo de cf. Iacobs. ad Ael. H. A. II, p. 114. Apostolus ad Tim. I, 5, 4 *μανθανέτωσαν — ἀμοιβὰς ἀποδιδόναι τοῖς προγόνοις· τοῦτο γάρ ἐστι καλὸν καὶ ἀπόδεκτον ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ.*

κάλλιον ἢ ἑαυτοῖς κτλ. Ita Zellium secutus scripsi, ὂν participio post *κάλλιον*, concessu Interpretis veteris, codd. K[b] M[b] O[b], Zellianorumque subsidiorum, expuncto. De loquendi genere *ἐπαρκεῖν εἰς* — supra VIII, 1, 2 (*νέοις βοηθεῖ πρός*) diximus. Neutrius generis pronomen *ταῦτα* post nomen *τροφή* illatum ita interpretare: *quaecunque ad victum pertinent*: cf. VIII, 6, 1 (*ὁμιλίαι — ταῦτα*).

τιμήν· nempe *ἀπονεμητέον*, quod adhuc menti philosophi obversatur verbum. De sententiâ cf. VIII, 11, 3 coll. VIII, 14, 2 et Plut. de frat. am. 4, qui, aut fallor, aut ex Aristoteleâ bibit paterâ. — Apostolus Ephes. VI, 1 *τὰ τέκνα ὑπακούετε τοῖς γονεῦσιν ὑμῶν ἐν Κυρίῳ· τοῦτο γάρ ἐστι δίκαιον. τίμα τὸν πατέρα σου καὶ τὴν μητέρα (ἥτις ἐστὶν ἐντολὴ πρώτη ἐν ἐπαγγελίᾳ), ἵνα εὖ σοι γένηται, καὶ ἔσῃ μακροχρόνιος ἐπὶ τῆς γῆς.*

οὐδὲ γὰρ τὴν αὐτὴν πατρὶ καὶ μητρί. Patrem sequi in balneum et abstergere reliquaque ei praestare, quae in lavando solent, et decorum et honestum est: matri idem facere, indecorum est minusque honestum. Schol.

οὐδ' αὖ τὴν τοῦ σοφοῦ. Sapientem honoramus, Schol. inquit, quod magna et admiratione digna scit et cognoscit: patrem, quia auctor vitae

πατρικήν, ὁμοίως δὲ καὶ τὴν μητρικήν. 9. καὶ παντὶ δὲ τῷ πρεσβυτέρῳ τιμὴν τὴν καθ' ἡλικίαν, ὑπαναστάσει καὶ κατακλίσει καὶ τοῖς τοιούτοις. πρὸς ἑταίρους δ' αὖ καὶ ἀδελφοὺς παρρησίαν καὶ ἁπάντων κοινότητα. καὶ συγγενέσι δὴ καὶ φυλέταις καὶ πολίταις καὶ τοῖς λοιποῖς ἅπασιν ἀεὶ πειρατέον τὸ οἰκεῖον ἀπονέμειν, καὶ συγκρίνειν τὰ ἑκάστοις ὑπάρχοντα κατ' οἰκειότητα καὶ ἀρετὴν ἢ χρῆσιν. 10. τῶν μὲν οὖν ὁμογενῶν ῥᾴων ἡ κρίσις, τῶν δὲ διαφερόντων ἐργω-

beneficiorumque maximorum nobis exstitit. De voc. αὖ cf. VIII, 4, 1 : οὐδ' αὖ reperitur saepe, e. gr. Eth. N. III, 1, 13. IV, 1, 1. IV, 3, 31. IV, 6, 5; Phys. I, 7, p. 190, b, 36 : proprie est, quod barbare sic dicimus : *aber auch wieder nicht* : μήτ' αὖ est IX, 10, 1.

ἡ [τὴν] τοῦ στρατηγοῦ. Articulum, a vetere Interprete eundem repertum, ut his verbis e cod. K^b adiiciendum existimo, ita proximis ὁμοίως δὲ καὶ τὴν μητρικήν propter eundem codicem et cod. O^b eripiendum nego.

§. 9. ὑπαναστάσει. Levit. XIX, 32 ἀπὸ προσώπου πολιοῦ ἐξαναστήσῃ, καὶ τιμήσεις πρόσωπον πρεσβυτέρου. LXX. Ar. Rhet. I, 5, p. 1361, a, 34 seqq. Plat. Rep. IV, p. 425, b (ἐξευρίσκουσι) σιγάς τε τῶν νεωτέρων παρὰ πρεσβυτέροις, ὡς πρέπει, καὶ κατακλίσεις καὶ ὑπαναστάσεις. Accedit mos senioribus de viâ decedendi : cfr. Xen. de Rep. Laced. IX, 5, ibique Zeunius, Symp. IV, 31; Memor. II, 3, 16. Fr. Henr. Bothius ad Ar. Nub. 964, ubi est καὶ τῶν θάκων τοῖς πρεσβυτέροις ὑπανίστασθαι προσιοῦσι. Gell. II, 15.

κατακλίσει· in accubitione sedes honoratior seni assignanda : Plat. Conv. p. 175, e. Casaubon. ad Theophr. Char. 5. Becker. Charikl. I, p. 427.

παρρησίαν. παρρησιαστέον καὶ ἐπιτιμητέον καὶ διορθωτέον καὶ τὸν ἀδελφὸν καὶ τὸν ἑταῖρον, εἴ που διαμαρτάνουσιν. Schol. Cic. Lael. XXIV, 88 veritas in amicitiâ et fides retineatur: nam et monendi amici saepe sunt et obiurgandi, et haec accipienda amice, quum benevole fiunt. Idem XXVI, 97 : quod si in scenâ, id est in concione, in quâ rebus fictis et adumbratis loci plurimum est, tamen verum valet, si modo id patefactum et illustratum est : quid in amicitiâ fieri oportet, quae tota veritate perpenditur? in quâ nisi, ut dicitur, apertum pectus videas tuumque ostendas, nihil fidum, nihil exploratum habeas.

τὸ οἰκεῖον ἀπονέμειν. Cf. Eth. N. IV, 6, 5 et 8. X, 5, 8.

§. 10. ῥᾴων ἡ κρίσις. Facile, quae propinquis, civibus, tribulibus, aliis, quos usus et mores nobis coniungunt, tribuenda sint, intelligemus. Paraphr.

δεστέρα. οὐ μὴν διά γε τοῦτο ἀποστατέον, ἀλλ' ὡς ἂν ἐνδέχηται, οὕτω διοριστέον.

Cap. III. Ἔχει δ' ἀπορίαν καὶ περὶ τοῦ διαλύεσθαι τὰς φιλίας ἢ μὴ πρὸς τοὺς μὴ διαμένοντας. ἢ πρὸς μὲν τοὺς διὰ τὸ χρήσιμον ἢ τὸ ἡδὺ φίλους ὄντας, ὅταν μηκέτι ταῦτ' ἔχωσιν, οὐδὲν ἄτοπον διαλύεσθαι; ἐκείνων γὰρ ἦσαν φίλοι· ὧν ἀπολιπόντων, εὔλογον τὸ μὴ φιλεῖν. ἐγκαλέσειε δ' ἄν τις, εἰ διὰ τὸ χρήσιμον ἢ τὸ ἡδὺ ἀγαπῶν προσεποιεῖτο διὰ τὸ ἦθος· ὅπερ γὰρ ἐν ἀρχῇ εἴπομεν, πλεῖσται διαφοραὶ γίγνονται τοῖς φίλοις, ὅταν μὴ ὁμοίως οἴωνται καὶ ὦσι φίλοι. 2. ὅταν μὲν οὖν διαψευσθῇ τις καὶ ὑπολάβῃ φιλεῖσθαι διὰ τὸ ἦθος, μηθὲν τοιοῦτον ἐκείνου πράττοντος,

ὡς ἂν ἐνδέχηται. Baeumlein. in l. Unters. über die gr. Modi p. 209; Kuehner. gr. gr. §. 794; Matth. §. 528; Rost. §. 121, I, 5, b.

Cap. III, 1—2. ARGUMENTUM. *De deponendâ amicitiâ deliberationem auctor capite tertio evolvit. Ac primum quidem, ait, amicitia ob utilitatem aut voluptatem facta, sublatâ utilitate aut voluptate, dissolvi recte potest (§. 1) : deinde, ubi ficta est causa amoris, et virtutis amor lucri aut deliciarum aucupio praetenditur, viro bono, quum falsum opinione se intellexit, dimittendi alterius ius est (§. 2).*

πρὸς τοὺς μὴ διαμένοντας· qui, quales ante fuerunt, tales non manent : cf. infra §. 4. VIII, 3, 3 τὸ χρήσιμον οὐ διαμένει. Eth. N. X, 3, 3.

ἢ οὐδὲν ἄτοπον; Responderi vult: οὐδὲν ἄτοπον : cf. p. 14.

ἦσαν φίλοι. Cf. p. 25. Mox ἐγκαλέσει cod. K^b, non recte.

προσεποιεῖτο διὰ τὸ ἦθος· εἰ ὁ φίλος προσεποιεῖτο ἀγαπᾶν τὸν φίλον διὰ τὸ ἦθος. Lucian. Iov. trag. 53 οὐδὲν πέπονθας δεινόν, ἂν μὴ προσποιῇ, hoc est ἂν μὴ προσποιῇ πεπονθέναι. — In proximis ὁ pro ὅπερ codd. K^b L^b habent.

ἐν ἀρχῇ εἴπομεν. Incertum, quo referatur : ad IX, 1, 4 respici Zellius putat Coraesque : ad VIII, 3, 3 Giphanius Panschiusque : equidem sententiam VIII, 4, 1 indicari suspicor.

§. 2. διαψευσθῇ. Non significatur hic verbo διαψευσθῆναι technis aut fronte deceptum esse alterius, sed falso opinari, animo falli suo, labi per errorem suum. Videsis Metaph. III, 3, p. 1005, b, 11 βεβαιοτάτη δ' ἀρχὴ πασῶν περὶ ἣν διαψευσθῆναι ἀδύνατον· γνωριμωτάτην τε γὰρ ἀναγκαῖον εἶναι τὴν τοιαύτην — καὶ ἀνυπόθετον. De Mem. p. 452, b, 25 οὐθὲν κωλύει διαψευσθῆναί τινα καὶ δοκεῖν μνημονεύειν μὴ μνημονεύοντα. Eth. N. VI, 12, 10 διαστρέφει ἡ μοχθηρία καὶ διαψεύδεσθαι ποιεῖ περὶ τὰς πρακτικὰς ἀρχάς. VI, 3, 1. Metaph. III, 5, p. 1009, a, 11.

ἑαυτὸν αἰτιῷτ' ἄν· ὅταν δ' ὑπὸ τῆς ἐκείνου προσποιήσεως ἀπατηθῇ, δίκαιον ἐγκαλεῖν τῷ ἀπατήσαντι, καὶ μᾶλλον ἢ τοῖς τὸ νόμισμα κιβδηλεύουσιν, ὅσῳ περὶ τιμιώτερον ἡ κακουργία.

3. *Ἐὰν δ' ἀποδέχηται ὡς ἀγαθόν, γένηται δὲ μοχθηρὸς καὶ δοκῇ, ἆρ' ἔτι φιλητέον; ἢ οὐ δυνατόν, εἴπερ μὴ πᾶν*

μηθὲν τοιοῦτον ἐκείνου πράττοντος· μηθὲν τοιοῦτον ἐκείνου πράττοντος, ὃ προσήκει τῷ διὰ τὸ ἦθος φιλοῦντι. Paraphr.

καὶ μᾶλλον — ὅσῳ· dictum pro τόσῳ μᾶλλον — ὅσῳ : cf. VIII, 6, 1 et Eth. N. III, 9, 4 ὅσῳ ἂν μᾶλλον τὴν ἀρετὴν ἔχῃ — μᾶλλον ἐπὶ τῷ θανάτῳ λυπήσεται. Eth. N. I, 13, 7 δεῖ τὸν πολιτικὸν εἰδέναι πως τὰ περὶ τὴν ψυχήν — καὶ μᾶλλον, ὅσῳ τιμιωτέρα καὶ βελτίων ἡ πολιτικὴ τῆς ἰατρικῆς. Eth. N. III, 3, 8. Probl. III, 3, 5, p. 871, a, 27. Polit. VII, 15, p. 1334, a, 31 μάλιστα γὰρ οὗτοι δεήσονται φιλοσοφίας καὶ σωφροσύνης, ὅσῳ μᾶλλον σχολάζουσιν ἐν ἀφθονίᾳ τῶν τοιούτων ἀγαθῶν. Plut. Alex. 5; de aud. poet. 1. Duebn. Fischer. ad Veller. II, p. 140.

τοῖς τὸ νόμισμα κιβδηλεύουσιν. Theognis. v. 119 seqq. Orell.

χρυσοῦ κιβδήλοιο καὶ ἀργύρου ἀνσχετὸς ἄτη,
Κύρνε, καὶ ἐξευρεῖν ῥάδιον ἀνδρὶ σοφῷ.
εἰ δὲ φίλου νόος ἀνδρὸς ἐνὶ στήθεσσι λελήθῃ
ψυδρὸς ἐών, δόλιον δ' ἐν φρεσὶν ἦτορ ἔχῃ·
τοῦτο θεὸς κιβδηλότατον ποίησε βροτοῖσιν,
καὶ γνῶναι πάντων τοῦτ' ἀνιηρότατον.

Contende et Dem. Lept. p. 508, 14. Arist. Rhet. I, 15, p. 1375, b, 5 seqq.

Cap. III, 3. ARGUMENTUM. *Bonorum in amicitiâ virorum ubi alter ita sui dissimilis evaserit, ut sit desperatus quasi morbus improbitatis lutulentaque vitia, considat nomen amicitiae necesse est : sin sanari mala et corrigi vitia poterunt, ut ad meliorem lapsum frugem convertat, alteri amico elaborandum est.*

γένηται δὲ μοχθηρός. Cic. Lael. XXI, 76 est etiam quasi quaedam calamitas in amicitiis dimittendis nonnunquam necessaria —: erumpunt saepe vitia amicorum tum in ipsos amicos, tum in alienos, quorum tamen ad amicos redundet infamia.

καὶ δοκῇ. Haec (non ἢ καὶ δοκῇ) vera verba omnium codd. Bekkerianorum, El. Vrat. Schol. fol. 149, a, Interpretis veteris fol. 31, a tabellae declarant. Explica : *si malus evaserit et evasisse alteri videatur* (si natam malitiam alter intelligat). Quid enim, si fronte ac vultu celetur nequitia ?

ἆρ' ἔτι φιλητέον; ἢ οὐ δυνατόν —; Ad interrogata respondendum : οὐκ ἔτι φιλητέον· οὐ δυνατόν. Cf. VIII, 2, 4.

εἴπερ. Krueger. gr. gr. I, II, p. 316, 23; Kuehner. §. 702, 4;

φιλητόν, ἀλλὰ τἀγαθόν; [οὔτε δὲ φιλητέον πονηρὸν οὔτε δεῖ] φιλοπόνηρον γὰρ οὐ χρὴ εἶναι, οὐδ' ὁμοιοῦσθαι φαύλῳ· εἴρηται δ' ὅτι τὸ ὅμοιον τῷ ὁμοίῳ φίλον.

Ἆρ' οὖν εὐθὺς διαλυτέον; ἢ οὐ πᾶσιν, ἀλλὰ τοῖς ἀνιάτοις κατὰ τὴν μοχθηρίαν; ἐπανόρθωσιν δ' ἔχουσι μᾶλλον

Rost. §. 133, 2; Hartung. in l. Lehre von den Partikeln der gr. Spr. I, p. 343. Infra IX, 8, 7. IX, 9, 5. Phys. I, 7, p. 190, b, 17.

[οὔτε δὲ φιλητέον πονηρὸν οὔτε δεῖ]. En tibi Sardi venales, alius alio nequior. Vocem Aristoteleam φιλοπόνηρον sciolus interpretatus est sic : οὐ φιλητέον πονηρόν, alius sic : οὐ δεῖ φιλεῖν πονηρόν : nam illa οὔτε δέ vel οὔτε δή et illa οὔτε δεῖ quis est quin gemella ex alvo eâdem erupisse intelligat? Codex Kb ignorat haec : οὔτε δεῖ φιλοπόνηρον, illa οὔτε δεῖ cod. El. CCC. ac Schol. fol. 149, a. His οὔτε δὲ φιλητέον πονηρόν capitalis est Interpretis vet. fol. 31, a oratio haec : si quidem non omne amabile, sed bonum : neque oportet : amatorem mali enim non oportet esse neque assimilari pravo. Agmen claudit Paraphrastae mirus hic sermo : ῥητέον δή, ὅτι οὔτε δυνατόν ἐστι τὸν μὴ ἀγαθὸν δοκοῦντα φιλητὸν εἶναι. τὸ γὰρ φιλητὸν ἀγαθόν, τὸ δὲ πονηρὸν οὔτε δίκαιον. φιλοπόνηρον γὰρ οὐ χρή τινα εἶναι οὐδ' ὁμοιοῦσθαι φαύλῳ. Unde οὔτε δίκαιον legisse in suo libro Paraphrasten ingeniose quidem Zellius coniecit : sed sentinam exhauriendam testes locupletes coarguunt.

οὐδ' ὁμοιοῦσθαι φαύλῳ. Atqui constat, cui quis fiat amicus, ei similem quoque eum esse debere : VIII, 3, 7. Potestas verbi ὁμοιοῦσθαι quae sit, supra VIII, 4, 6 edocuimus.

εἴρηται· supra VIII, 1, 6. Nam ad proverbia libenter Aristoteles provocat. Cic. Lael. XX, 74 dispares enim mores disparia studia sequuntur, quorum dissimilitudo dissociat amicitias : nec ob aliam causam ullam boni improbis, improbi bonis amici esse non possunt, nisi quod tanta est inter eos, quanta maxima potest esse, morum studiorumque distantia.

ἆρ' οὖν εὐθὺς κτλ. Cic. Lael. XXI, 76 tales igitur amicitiae sunt remissione usus eluendae et, ut Catonem dicere audivi, dissuendae magis quam discindendae : nisi quaedam admodum intolerabilis iniuria exarserit, ut neque rectum neque honestum sit nec fieri possit, ut non statim alienatio disiunctioque fiat.

ἀνιάτοις. Eth. N. V, 9, 17 ἀνίατος καὶ κακός coll. Eth. N. X, 9, 10. — εὐίατος est Eth. N. IV, 1, 31. Cic. Cat. II, 8, 17 quos quidem ego — non tam ulcisci studeo, quam sanare. Seneca proximâ adnotatione laudabitur.

ἐπανόρθωσιν ἔχουσιν. Nomen ἐπανόρθωσις correctionis habet significationem, quae est emendatio, quum vitiis detractis quasi sanitas restituitur. Camerar. Eth. N. V, 10, 5 ἐπανορθοῦν τὸ ἐλλειφθέν. Ibid.

βοηθητέον εἰς τὸ ἦθος ἢ τὴν οὐσίαν, ὅσῳ βέλτιον καὶ τῆς φιλίας οἰκειότερον. δόξειε δ' ἂν ὁ διαλυόμενος οὐδὲν ἄτοπον ποιεῖν· οὐ γὰρ τούτῳ, ἢ τοιούτῳ, φίλος ἦν· ἀλλοιωθέντα οὖν ἀδυνατῶν ἀνασῶσαι, ἀφίσταται.

4. Εἰ δ' ὁ μὲν διαμένοι, ὁ δ' ἐπιεικέστερος γίγνοιτο, καὶ πολὺ διαλλάττοι τῇ ἀρετῇ, ἆρα χρηστέον φίλῳ, ἢ οὐκ ἐνδέχεται; ἐν μεγάλῃ δὲ διαστάσει μάλιστα δῆλον γίγνεται, οἷον ἐν ταῖς παιδικαῖς φιλίαις· εἰ γὰρ ὁ μὲν διαμένοι τὴν διάνοιαν παῖς, ὁ δ' ἀνὴρ εἴη οἷος κράτιστος, πῶς ἂν εἶεν φίλοι, μήτ' ἀρεσκόμενοι τοῖς αὐτοῖς, μήτε χαίροντες καὶ

§. 6 ἐπανόρθωμα νόμου. 7, 7 ἐπανόρθωμα τοῦ ἀδικήματος. Plutarch. de adul. et am. 33 ἐπανορθοῦσθαι τοὺς φίλους. Infra IX, 12, 3 διορθοῦν. Senec. benef. V, 22 quosdam vero sanabiles et qui fieri boni possunt, si quid illos momorderit, perire patiemur admonitione sublatâ, quâ et pater filium aliquando correxit, et uxor maritum aberrantem ad se reduxit, et amicus languentem amici fidem erexit?

βοηθητέον εἰς τὸ ἦθος. Cf. p. 3 et de referendâ ad voc. τὴν οὐσίαν praepositione p. 5.

οὐσίαν. Non significatur hoc loco *substantia* (de quâ vi vocis cf. Trendelenburg. ad Arist. de An. II, 1, 2; Waitz. ad Cat. 5, p. 2, a, 11, p. 281; Rassow. Aristot. de notionis defin. doctrina. Berol. 1843, p. 51), sed *facultates, res familiaris, patrimonium*, ut in his: Pol. IV, 6, p. 1293, a, 13. 27. IV, 11, p. 1296, a, 25.

οὐ γὰρ τούτῳ, ἢ τοιούτῳ, φίλος ἦν. Ita cum Corae miro verae et rectae scripturae ex antiquâ depravatâ coniectore verba pro οὐ γὰρ τῷ τοιούτῳ φίλος ἦν exhibui. Namque in cod. Vrat. est οὐ γὰρ τῷ τοιούτῳ φίλος ἦν, in codd. K[b] M[b] οὐ γὰρ τούτῳ ἢ τοιούτῳ φίλος ἦν, lectum idem ab Interprete vet. (fol. 31, b non enim huic *vel* tali amicus erat) et Argyropulo. Quid ais? in cod. Par. Zellii οὐ γὰρ τούτῳ ἢ τοιοῦτος φίλος ἦν. De tempore praeterito ἦν vide VIII, 4, 2.

Cap. III, 4—5. ARGUMENTUM. *Proborum amicorum ubi alter honestis in studiis multum profecerit, alter in primis elementis substiterit, aequalitate sublatâ pristinâ, praestantior recte desinet esse amicus (§. 4): neque tamen dimissum plane repudiabit, sed veteris memoriae consuetudinis aliquid tribuet (§. 5).*

εἰ δ' ὁ μὲν διαμένοι κτλ. Cic. Lael. XXI, 77. Praesens tempus γίγνοιτο e codd. K[b] M[b], confirmantibus Interprete vet. (fol. 31, b si — epiices fiat) Argyropulo, Aretino, pro γένοιτο adscivi. De verbo διαλλάττειν vide VIII, 10, 6. — Bekkerum et codd. eius optimos quosque, accedente etiam Vrat., secutus ἐν ταῖς παιδικαῖς φιλίαις pro verbis ἐν ταῖς ἐκ παιδιᾶς φιλίαις scripsi.

λυπούμενοι; οὐδὲ γὰρ περὶ ἀλλήλους ταῦθ' ὑπάρξει αὐτοῖς· ἄνευ δὲ τούτων οὐκ ἦν φίλους εἶναι· συμβιοῦν γὰρ οὐχ οἷόν τε· εἴρηται δὲ περὶ τούτων.

5. Ἆρ' οὖν οὐθὲν ἀλλοιότερον πρὸς αὐτὸν ἑκτέον ἢ εἰ μὴ ἐγεγόνει φίλος μηδέποτε; ἢ δεῖ μνείαν ἔχειν τῆς γενομένης συνηθείας, καὶ καθάπερ φίλοις μᾶλλον ἢ ὀθνείοις οἰόμεθα δεῖν χαρίζεσθαι, οὕτω καὶ τοῖς γενομένοις ἀπονεμητέον τι διὰ τὴν προγεγενημένην φιλίαν, ὅταν μὴ δι' ὑπερβολὴν μοχθηρίας ἡ διάλυσις γένηται;

Cap. IV. Τὰ φιλικὰ δὲ τὰ πρὸς τοὺς φίλους, καὶ οἷς αἱ

ταῦθ' ὑπάρξει. Ταῦτα dicit τὸ ἀρέσκεσθαι καὶ χαίρειν ἀλλήλοις.

οὐκ ἦν φίλους εἶναι. Tempus imperfectum ἦν explana sic : esse amici non poterant, ut essent fieri non poterat tum, quum hac de re quaesivimus : id quod VIII, 5, 3 factum est : nam haud raro tempore imperfecto res, de quâ exploratum est antea et de quâ antea convenit, indicatur : cf. Kuehner. gr. gr. §. 438, 4; Rost. §. 116, II, 8, n. 6 : infra IX, 9, 9. IX, 9, 10. IX, 10, 3. Metaph. XI, 6, p. 1071, b, 3 ἐπεὶ δ' ἦσαν τρεῖς οὐσίαι. Polit. I, 12, p. 1259, a, 37 ἐπεὶ δὲ τρία μέρη τῆς οἰκονομικῆς ἦν. Eth. N. III, 5, 3 (quo loco cfr. Zellius) εἰ δ' ἐφ' ἡμῖν τὸ τὰ καλὰ πράττειν καὶ τὰ αἰσχρά, ὁμοίως δὲ καὶ τὸ μὴ πράττειν· τοῦτο δὲ ἦν τὸ ἀγαθοῖς καὶ κακοῖς εἶναι. Eth. N. V, 1, 12 ἐπεὶ δ' ὁ παράνομος ἄδικος ἦν, ὁ δὲ νόμιμος δίκαιος, δῆλον ὅτι πάντα τὰ νόμιμά ἐστί πως δίκαια. Adde et Eth. N. V, 6, 9 et verba ex M. M. supra VIII, 5, 1 (καθεύδοντες) exscripta.

συμβιοῦν γὰρ οὐχ οἷόν τε. Atqui sine convictu amicitia nulla est : cf. VIII, 5, 3, qui locus proximâ sententiâ (εἴρηται) in memoriam revocatur.

Cap. IV. ARGUMENTUM. *Praeceptis de iure amicitiae dandis hoc capite (aureo et fere theologo, ut vocat Giphanius) quaestio adiungitur haec, quo iure et quibus artibus secum ipso amicitiam colere mortalis possit. (Cf. Eth. N. V, 11.) Nam posse aliquem secum ipso amicitiam instituere, vel vulgo existimant (§. 1) : sed, re accuratius spectatâ, haec secum ipso amicitia solius est hominis probi praerogativa (§. 2). Hic enim solus concordat secum ipse : hic parti sui optimae, menti, gratificatur (§. 3—4) : hic secum habitat, secum degit aetatem : hic delectatur secum ipse (§. 5—6). At homines de vulgo nisi quâtenus boni esse sibi videntur, esse sibi amici non possunt : nullo vero pacto de hominibus sceleratis contendere idem licet (§. 7) : nam scelerati non concordant, sed bellum secum ipsi gerunt (§. 8) : hi non habitant secum, sed se fugiunt ipsi : hi non delectantur secum, sed alieni sibi ipsi sunt (§. 9). Quibus expositis, ut fugias malitiam, ac virtutem*

φιλίαι ὁρίζονται, ἔοικεν ἐκ τῶν πρὸς ἑαυτὸν ἐληλυθέναι. τιθέασι γὰρ φίλον τὸν βουλόμενον καὶ πράττοντα τἀγαθὰ ἢ τὰ φαινόμενα ἐκείνου ἕνεκα, ἢ τὸν βουλόμενον εἶναι καὶ ζῆν τὸν φίλον αὐτοῦ χάριν· ὅπερ αἱ μητέρες πρὸς τὰ τέκνα πεπόνθασι, καὶ τῶν φίλων οἱ προσκεκρουκότες· οἱ δὲ τὸν

potius omni animi contentione consequare, quo tibi tecum ipso amicitia exoriatur, graviter philosophus exhortatur.

πρὸς τοὺς φίλους. Cod. K[b], si recte Bekkeri adnotationem perspicio, πρὸς τοὺς φίλους πέλας, eademque, ut videtur, cod. El. verba exhibet : ut, si vera est scriptorum verborum ratio, primitus πέλας scriptum, postea quasi explicationis gratiâ φίλους videatur adiectum. Voc. ὁ πέλας, quo *proximus* (Val. Max. VI, 9 pr.) vel *alter* (Cic. legg. I, 14, 41) indicatur, non abhorrere ab Aristotelis sermone, vel hi loci fidem faciant : Eth. N. IV, 2, 22 κακίαι βλαβεραὶ τῷ πέλας. IV, 7, 13 οἱ κέρδους χάριν ἀλαζονευόμενοι τὰ τοιαῦτα προσποιοῦνται, ὧν ἀπόλαυσίς ἐστι τοῖς πέλας. IX, 6, 4. IX, 8, 7 coll. IX, 9, 5. — Rhet. I, 11, p. 1371, b, 4 οἱ πλησίον.

ἔοικεν — ἐληλυθέναι. Τὰ πρὸς ἑαυτὸν explica τὰ πρὸς ἑαυτὸν φιλικά coll. Pol. II, 5, p. 1263, a, 41 μὴ γὰρ οὐ μάτην τὴν πρὸς αὑτὸν αὐτὸς ἔχει φιλίαν ἕκαστος, ἀλλ' ἔστι τοῦτο φυσικόν. Verbo ἐληλυθέναι compara Metaph. VIII, 3, p. 1047, a, 30 ἐλήλυθε δ' ἡ ἐνέργεια τοὔνομα, ἡ πρὸς τὴν ἐντελέχειαν συντιθεμένη καὶ ἐπὶ τὰ ἄλλα, ἐκ τῶν κινήσεων μάλιστα. Eth. N. V, 4, 13 (quo loco vide Zellium) ἐλήλυθε τὰ ὀνόματα ταῦτα, ἥ τε ζημία καὶ τὸ κέρδος, ἐκ τῆς ἑκουσίου ἀλλαγῆς. Eth. N. VI, 8, 4 ἐκ ταύτης τῆς δόξης ἐλήλυθε τὸ τούτους φρονίμους εἶναι. Polit. I, 9, p. 1258, a, 6 (ad quem locum vide Goettling. p. 299) τὸ ἕτερον εἶδος τῆς χρηματιστικῆς διὰ τοῦτ' ἐλήλυθεν : et locum Eth. supra ad IX, 1, 2 (κοινὸν μέτρον τὸ νόμισμα) allatum. Cf. Quintil. inst. V, 10, 34 sed has causas habent recta, prava *ex* falsis opinionibus *veniunt*. De re vide Eth. Eud. VII, 6, p. 1240, a, 8 δοκεῖ γὰρ ἐνίοις μάλιστα ἕκαστος αὐτὸς αὑτῷ φίλος εἶναι, καὶ τούτῳ χρώμενοι κανόνι κρίνουσι τὴν πρὸς τοὺς ἄλλους φιλίαν. Cic. Lael. XVI, 56. Omnium autem maxime recordare illud fulcimen aeternum vitae Christianae Ev. Marc. XII, 31 ἀγαπήσεις τὸν πλησίον σου ὡς σεαυτόν.

τιθέασι γὰρ φίλον κτλ. Cf. Eth. Eud. VII, 6, p. 1240, a, 23 seqq., ubi quum verba ἐκείνου ἕνεκα adiectis illis : μὴ δι' αὑτόν, explicantur : tum proxima τὸν βουλόμενον εἶναι καὶ ζῆν τὸν φίλον αὐτοῦ χάριν additis his : καὶ μὴ δι' αὑτόν, κἂν εἰ μὴ διανέμων τἀγαθά, illustrantur.

εἶναι καὶ ζῆν. Cf. Dissen. ad Dem. Cor. p. 248, §. 72 ζώντων καὶ ὄντων Ἀθηναίων.

ὅπερ αἱ μητέρες πρὸς τὰ τέκνα πεπόνθασι· de dicendi genere πεπονθέναι τι πρός τινα vide VIII, 2, 4 : de sententiâ VIII, 8, 3.

τῶν φίλων οἱ προσκεκρουκότες. Polit. II, 5, p. 1263, a, 18

συνδιάγοντα καὶ ταὐτὰ αἱρούμενον, ἢ τὸν συναλγοῦντα καὶ συγχαίροντα τῷ φίλῳ· μάλιστα δὲ καὶ τοῦτο περὶ τὰς μητέρας συμβαίνει. τούτων δέ τινι καὶ τὴν φιλίαν ὁρίζονται.

2. Πρὸς ἑαυτὸν δὲ τούτων ἕκαστον τῷ ἐπιεικεῖ ὑπάρχει, τοῖς δὲ λοιποῖς, ᾗ τοιοῦτοι ὑπολαμβάνουσιν εἶναι. ἔοικε γάρ, καθάπερ εἴρηται, μέτρον ἑκάστῳ ἡ ἀρετὴ καὶ ὁ σπουδαῖος

οἱ πλεῖστοι διαφερόμενοι ἐκ τῶν ἐν ποσὶ καὶ ἐκ μικρῶν προσκρούοντες ἀλλήλοις, ἔτι δὲ τῶν θεραπόντων τούτοις μάλιστα προσκρούομεν, οἷς πλεῖστα προσχρώμεθα πρὸς τὰς διακονίας τὰς ἐγκυκλίους. Amici, si qua offensiuncula facta est animi, ut nec consuetudinis fructu suavissimo gaudeant, nec amici tempus temporibus suis transmitti intelligant, non tamen ipsi amare ideo desinunt, sed optima quaeque amico adhuc imprecantur. Horum igitur ac matrum, natorum saluti prospicientium (VIII, 8, 3), exempla, veros amicos, non propter sese, sed propter alterum, bene velle alteri, illustrant.

τὸν συνδιάγοντα. Horum explicator habetur Eud. Eth. VII, 6, p. 1240, a, 28 ἄλλον δὲ τρόπον δοκεῖ φίλος εἶναι ᾧ συζῆν αἱρεῖται δι' αὐτὴν τὴν ὁμιλίαν καὶ μὴ δι' ἕτερόν τι : idemque proximorum τὸν συναλγοῦντα καὶ συγχαίροντα, ubi l. l. a, 33 seqq. ἔτι τὸ ἀλγοῦντι συναλγεῖν, inquit, μὴ δι' ἕτερόν τι, ἀγαπᾶν θήσομεν —. ὁ δ' αὐτὸς λόγος καὶ ἐπὶ τοῦ χαίρειν μὴ δι' ἕτερόν τι, ἀλλὰ δι' ἐκεῖνον, ὅτι χαίρει, φιλικόν.

περὶ τὰς μητέρας συμβαίνει. Contende Eth. N. III, 1, 5 τοιοῦτόν τι συμβαίνει καὶ περὶ τὰς ἐν τοῖς χειμῶσιν ἐκβολάς : Soph. El. 32, p. 183, b, 16 et 27; Top. I, 1, p. 100, b, 28; de Mem. p. 450, b, 11. Infra IX, 5, 2 ὃ περὶ τοὺς ἀγωνιστὰς συμβαίνει, id quod in pugilibus cernitur : IX, 7, 2 τὸ περὶ τοὺς δανείσαντας, id quod in foeneratoribus usu venit, quae in foeneratoribus ratio obtinet : cui subiungitur §. 3 ὅπερ καὶ ἐπὶ τῶν τεχνιτῶν συμβέβηκεν. Met. VI, 14, p. 1039, b, 16 ἐπὶ τῶν αἰσθητῶν ταὐτά τε συμβαίνει καὶ τούτων ἀτοπώτερα. Met. XII, 7, p. 1081, b, 20 τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον συμβαίνει καὶ ἐπὶ τῶν ἐχομένων.

τούτων δέ τινι κτλ. Amicitiae definitionem ab eorum, qui eâ praediti sunt, definitione repetunt, sicut e. gr. temperantis definitio ad temperantiae definitionem perducit. Paraphr.

§. 2. τούτων ἕκαστον· τούτων, ἃ πρὸς τὸν φίλον ἔχει ὁ ἀληθὴς φίλος. Eth. Eud. VII, 6, p. 1240, b, 3 seqq. M. M. II, 11, p. 1211, a, 18 seqq. — vers. 36 αὕτη δ' ἔσται ἡ πρὸς αὐτὸν φιλία ἐν τῷ σπουδαίῳ.

ἔοικε γὰρ — ὁ σπουδαῖος. Virtutis et hominis honesti exemplum tanquam verissima morum mensura habetur. Namque, ut ait Aristoteles Eth. N. III, 4, 1, voluntas hominis spectat finem aliquem, qui finis bonum est (ἡ βούλησις τοῦ τέλους ἐστί) : sed in eligendo bono vulgi et hominis probi longe rationes discrepant : nam vulgus specie bonorum fucatorum

εἶναι. 3. οὗτος γὰρ ὁμογνωμονεῖ ἑαυτῷ, καὶ τῶν αὐτῶν ὀρέγεται κατὰ πᾶσαν τὴν ψυχήν, καὶ βούλεται δὴ ἑαυτῷ τἀγαθὰ καὶ τὰ φαινόμενα καὶ πράττει· τοῦ γὰρ ἀγαθοῦ τἀγαθὸν διαπονεῖ καὶ ἑαυτοῦ ἕνεκα· τοῦ γὰρ διανοητικοῦ

decipitur, sed homo probus rerum singularum naturam veram perspicit: hanc ob causam homo honestus rerum agendarum quasi quaedam norma ac mensura habetur. Eth. N. III, 4, 2—5. Vide etiam Eth. N. I, 8, 13 (καλῶς κρίνει περὶ τῶν πράξεων ὁ σπουδαῖος), Eth. N. X, 5, 10 (ἔστιν ἑκάστου μέτρον ἡ ἀρετὴ καὶ ὁ ἀγαθὸς ᾗ τοιοῦτος) et virtutis definitionem Eth. N. II, 6, 15. Ad hos autem, quos dixi, locos, quum dicat *εἴρηται*, respicere Aristotelem, verissime Krischius et Spengelius monuerunt.

§. 3. *οὗτος γὰρ ὁμογνωμονεῖ ἑαυτῷ.* Contende IX, 6, 3.

κατὰ πᾶσαν τὴν ψυχήν· omnibus partibus animi sui, κατά τε τὸ ἄλογον τῆς ψυχῆς καὶ κατὰ τὸ λόγον ἔχον: cf. IX, 8, 4. Quam in sententiam Eudemus quoque Eth. VII, 6, p. 1240, b, 9 quum dicat μία δὴ ψυχή, accepit. Quâ de re sic habeto. In libris Aristotelicis animae facultates distributae inveniuntur duobus modis, qui duo modi usque eo inter se differunt, ut altera partitio ubi invenitur, alterius nulla omnino habenda sit ratio. Prior est haec, quâ facultates animae finguntur esse quinque, τὸ θρεπτικόν, τὸ ὀρεκτικόν, τὸ αἰσθητικόν, τὸ κινητικὸν κατὰ τόπον, τὸ διανοητικόν (de An. II, 3, p. 414, a, 31). Atque haec est vera Aristotelis opinio (nam de reliquis praecipere non est huius loci). Altera distributio haec est, quâ τὸ λογιστικόν et τὸ ἄλογον, pars particeps rationis et pars expers rationis, tanquam duae animi vires discernuntur. Quae distributio a Platone (Rep. IV, p. 435—441 coll. Cic. de div. I, 29, 60) profecta, ita est ab Aristotele recepta, ut hanc ubi amplectitur (iterum iterumque dico), suae descriptionis non sit utique memor. Hanc, quam Platonicam dico, divisionem, servat in his libris, quibus de rebus civilibus et moribus disputat: credo propterea, quod hac divisione cupiditatum, caeco impetu abripientium, et consiliorum, acriter prospicientium, discrimen maxime videbatur elucere: ut nostro in loco, infra §. 6, IX, 8, 6 κατὰ λόγον ζῆν — κατὰ πάθος, atque Eth. N. I, 13, 9 λέγεται περὶ τῆς ψυχῆς καὶ ἐν τοῖς ἐξωτερικοῖς λόγοις ἀρκούντως ἔνια. καὶ χρηστέον αὐτοῖς· οἷον τὸ μὲν ἄλογον αὐτῆς εἶναι, τὸ δὲ λόγον ἔχον. Cf. Pol. VII, 15, p. 1334, b, 17 seqq. de An. III, 9, p. 432, a, 22 seqq.

τοῦ γὰρ ἀγαθοῦ τἀγαθὸν διαπονεῖ καὶ ἑαυτοῦ ἕνεκα· nam boni causâ ac suâ causâ in bono elaborat. διαπονεῖ pro διαπονεῖν e codice K^b reposui. De verbo διαπονεῖν cf. Eth. N. X, 8, 4.

τοῦ γὰρ διανοητικοῦ χάριν κτλ. Nam homo, et si qua est praestantior homine natura, potissimâ animi parte τῷ διανοητικῷ, vi rationis (vide quae paullo ante diximus et Platonicae voci τῷ λόγον ἔχοντι propriam Aristotelem iam substituere intelliges) definitur: de An. II, 3,

χάριν, ὅπερ ἕκαστος εἶναι δοκεῖ. καὶ ζῆν δὲ βούλεται ἑαυτὸν καὶ σώζεσθαι, καὶ μάλιστα τοῦτο, ᾧ φρονεῖ· ἀγαθὸν γὰρ τῷ σπουδαίῳ τὸ εἶναι. 4. ἕκαστος δ' ἑαυτῷ βούλεται τἀγαθά, γενόμενος δ' ἄλλος, αἱρεῖται οὐδεὶς πάντ' ἔχειν ἐκεῖνο τὸ γενόμενον. ἔχει γὰρ καὶ νῦν ὁ θεὸς τἀγαθόν, ἀλλ' ὢν ὅ τι ποτ' ἐστίν. δόξειε δ' ἂν τὸ νοοῦν ἕκαστος εἶναι ἢ μάλιστα.

p. 414, b, 18. Hinc illa addit *ὅπερ ἕκαστος εἶναι δοκεῖ*, quod dicitur infra IX, 8, 6 *ἑαυτοῦ τὸ κυριώτατον* atque *ὁ νοῦς ἕκαστος* : Eth. N. X, 7, 9 *τὸ γὰρ οἰκεῖον ἑκάστῳ τῇ φύσει κράτιστον καὶ ἥδιστόν ἐστιν ἑκάστῳ· καὶ τῷ ἀνθρώπῳ δὴ ὁ κατὰ τὸν νοῦν βίος, εἴπερ τοῦτο μάλιστα ἄνθρωπος.* M. M. I, 4, p. 1184, b, 22 seqq. *οὐθενὶ ἄλλῳ ἢ ψυχῇ ζῶμεν.* Plat. Alc. I, p. 130, d *οὐ γάρ που κυριώτερόν γε οὐδὲν ἂν ἡμῶν αὐτῶν φήσαιμεν ἢ τὴν ψυχήν.* Cic. de Rep. VI, 24, 26 sic habeto, non esse te mortalem, sed corpus hoc : nec enim tu es, quem forma ista declarat, sed *mens cuiusque is est quisque,* non ea figura, quae digito demonstrari potest.

ζῆν βούλεται ἑαυτόν. Matth. gr. gr. §. 536 not.; Rost. §. 126, 2, not. 3; Kuehner. §. 646, 1.

ἀγαθὸν — τὸ εἶναι. Vide Eth. N. I, 8, 10. IX, 9, 9—10.

§. 4. *γενόμενος δ' ἄλλος — τὸ γενόμενον.* Homo probus antea dictus erat, bona quae sibi viderentur, appetere et exsequi, idque in partis optimae suae, mentis in gratiam. Nunc illa subiicit auctor : sibi quisque, quod bonum est, id vult contingere (ergo etiam homo honestus) : neque quisquam, alius ubi factus est (hoc est, ubi in honestis studiis profectus sui dissimilis quodammodo, melior ex bono, evasit), omnia (quae appetenda in pristino statu videbantur) novam personam, quam tum induit, velit habere : nam factus alius, alia conducere sibi intelligit. In summâ : optima quaeque vir bonus, quali est cunque conditione, sibi eligit. — Verba ita, ut prius sit *αἱρεῖται*, posterius *οὐδείς*, non contra, iubente cod. K[b] collocavi.

ἔχει γὰρ καὶ νῦν ὁ θεὸς κτλ. Bona ad conditionem cuiusque apta esse oportere, mutari eadem mutatâ conditione, antea erat dictum. Quibus quae adduntur, interpositâ hac sententiâ, clara sunt : ipsi deo non idem omni tempore conduceret, si mutationi esset obnoxius, id quod non est : nam (vide quae VIII, 4, 4 *ἐπεὶ γάρ* diximus) habet etiam nunc (ut olim) deus bonum (immutatum), sed ideo, quia est, quale est cunque numen, quia numen est utique immutabile. Contende Eth. N. VII, 14, 9. Metaph. XI, 7, p. 1072, b, 28 *φαμὲν δὲ τὸν θεὸν εἶναι ζῷον ἀΐδιον ἄριστον, ὥστε ζωὴ καὶ αἰὼν συνεχὴς καὶ ἀΐδιος ὑπάρχει τῷ θεῷ.* Ibid. p. 1072, b, 7 *ἐπεὶ δ' ἐστί τι κινοῦν, αὐτὸ ἀκίνητον ὄν, ἐνεργείᾳ ὄν, τοῦτο οὐκ ἐνδέχεται ἄλλως ἔχειν οὐδαμῶς.* Quum autem verbis his *ὢν ὅ τι ποτ' ἐστί*, quae sit dei natura, in incerto reliquerat, rei accuratius definiendae causâ haec subiicit : cogitandi autem vis, cuiusque natura est potissime.

5. συνδιάγειν τε ὁ τοιοῦτος ἑαυτῷ βούλεται· ἡδέως γὰρ αὐτὸ ποιεῖ· τῶν τε γὰρ πεπραγμένων ἐπιτερπεῖς αἱ μνῆμαι, καὶ τῶν μελλόντων ἐλπίδες ἀγαθαί· αἱ τοιαῦται δ' ἡδεῖαι. καὶ θεωρημάτων δ' εὐπορεῖ τῇ διανοίᾳ, συναλγεῖ τε καὶ συνήδεται μάλισθ' ἑαυτῷ· πάντοτε γάρ ἐστι τὸ αὐτὸ λυπηρόν τε καὶ ἡδύ, καὶ οὐκ ἄλλοτ' ἄλλο· ἀμεταμέλητος γὰρ ὡς εἰπεῖν. τῷ δὴ πρὸς αὐτὸν ἕκαστα τούτων ὑπάρχειν τῷ ἐπιεικεῖ, πρὸς δὲ τὸν φίλον ἔχειν ὥσπερ πρὸς ἑαυτόν (ἔστι

Quae verba ad dei naturam declarandam proprie ponuntur. Namque deus, intellectus absolutus, se ipsum cogitando felicitate fruitur summâ : Metaph. XI, 9, p. 1074, a, 33 αὑτὸν ἄρα νοεῖ, εἴπερ ἐστὶ τὸ κράτιστον, καὶ ἔστιν ἡ νόησις νοήσεως νόησις. Simul autem ad hominis naturam describendam verba illa valent : nam homo divinae particeps mentis cogitando felicitatem assequitur : cf. Eth. N. X, 7, 8—9. Verum ex hoc, quem dixi, loco (quum sit ibi τῷ ἀνθρώπῳ κράτιστον καὶ ἥδιστον ὁ κατὰ τὸν βίος, εἴπερ τοῦτο μάλιστα ἄνθρωπος) cavendum ne, codicibus K^b M^b nimiâ auctoritate tributâ, particula ἡ ante voc. μάλιστα deleatur, quam confirmant haec, quae leguntur IX, 8, 6 : quamquam ibi quoque codicem O^b ὅτι μὲν οὖν τοῦθ' ἕκαστός ἐστι μάλιστα, omissâ part. ἡ habere, celandum non est. In prioribus autem verba ἀλλ' ὢν ὅ τί ποτ' ἐστίν Bekkerum secutus tenui, a quibus levi tantum litterarum ductu discrepant illa cod. K^b marginisque CCC ἀλλ' οἷον ὁπότ' ἐστιν.

§. 5. συνδιάγειν τε κτλ. Eth. Eud. VII, 6, p. 1240, b, 11 ἴσως ὁμιλεῖ αὐτὸς αὑτῷ. — De copulâ τε vide infra §. 9.

μνῆμαι. Cf. Met. I, 1, p. 980, b, 29 αἱ πολλαὶ μνῆμαι τοῦ αὐτοῦ πράγματος μιᾶς ἐμπειρίας δύναμιν ἀποτελοῦσιν, coll. Anal. post. II, 19, p. 100, a, 5. — Cod. K^b M^b μνεῖαι.

πάντοτε γὰρ κτλ. Eth. N. II, 4, 3 τὰ κατὰ τὰς ἀρετὰς γιγνόμενα . . . δικαίως ἢ σωφρόνως πράττεται . . . ἐὰν ὁ πράττων βεβαίως καὶ ἀμετακινήτως ἔχων πράττῃ. Zwingerus revocat illud Epicharmi (fragm. 131, 5 in Ahrentis app. ad libr. de dial. Dor. p. 458) οὐ μετανοεῖν, ἀλλὰ προνοεῖν χρὴ τὸν ἄνδρα τὸν σοφόν. Cic. Tusc. IV, 17.

ἀμεταμέλητος. Cic. Tusc. V, 28, 81 sapientis est proprium, nihil quod poenitere possit, facere. Vocis vis ἀμεταμέλητος non solum rem, cuius quem non poeniteat, sed hominem etiam eum, qui dolore, ex peccatorum conscientiâ concepto, nullo crucietur, declarat : cf. Eth. N. VII, 7, 2 ἀνάγκη γὰρ τοῦτον μὴ εἶναι μεταμελητικόν, ὥστ' ἀνίατος· ὁ γὰρ ἀμεταμέλητος ἀνίατος. Ceterum cf. Ad. Stahrium Aristotel. II, p. 208. — De verbis ὡς εἰπεῖν vide VIII, 8, 5.

αὐτὸν ἕκαστα. Inter haec duo verba Bekkerus μὲν particulam ex uno cod. M^b inculcavit : quâ opus est minime. Vide nunc Sintenis. ad Plut. Per. p. 73; Doberenz. obss. Dem. p. 14.

γὰρ ὁ φίλος ἄλλος αὐτός), καὶ ἡ φιλία τούτων εἶναί τι δοκεῖ, καὶ φίλοι, οἷς ταῦθ' ὑπάρχει.

6. Πρὸς αὐτὸν δὲ πότερον ἔστιν ἢ οὐκ ἔστι φιλία, ἀφείσθω ἐπὶ τοῦ παρόντος· δόξειε δ' ἂν ταύτῃ εἶναι φιλία, ῇ ἔστι δύο ἢ πλείω ἐκ τῶν εἰρημένων, καὶ ὅτι ἡ ὑπερβολὴ τῆς φιλίας τῇ πρὸς αὐτὸν ὁμοιοῦται.

§. 6. *πότερον ἔστιν — φιλία.* Nempe ad vivum si reseces, et personarum duarum, mutuâ, eâque declaratâ, benevolentiâ constare amicitiam contendas.

ταύτῃ εἶναι φιλία· πρὸς ἑαυτόν.

ῇ ἔστι δύο — εἰρημένων· quâtenus partes sunt animae duae vel plures (secundum ea, quae vidimus), eâtenus hominis erga se ipsum esse videatur amicitia. Verbis ἐκ τῶν εἰρημένων, quibus haec, quae ex superiore disputatione sequuntur, indicantur cf. Eth. N. X, 9, 14 μάλιστα δ' ἂν τοῦτο δύνασθαι δόξειεν ἐκ τῶν εἰρημένων. De An. III, 1, pr. ἐκ τῶνδε πιστεύσειεν ἄν τις. Eth. N. IV, 8, 6 ὁρᾶν ἐκ —. Infra 9, 9. Plat. Gorg. p. 460, c τὸν ῥητορικὸν ἀνάγκη ἐκ τοῦ λόγου δίκαιον εἶναι. Xen. Mem. I, 2, 57 ἐκ τούτων ὀρθῶς ἂν ἔχοι. *Partes duas* Aristoteles quum dicit, Platonicam distributionem τοῦ ἀλόγου et τοῦ λόγον ἔχοντος (de quibus supra §. 3 egimus) respicit : *vel plures* quum adiicit, ad eundem Platonem, has duas partes (τὸ ἄλογον et τὸ λόγον ἔχον) tanquam vinculo τῷ θυμῷ vel τῷ θυμοειδεῖ copulari commentum (Rep. IV, p. 435, A — 441, B. Ar. de An. III, 9, p. 432, a, 25), noster sese scriptor applicat. Hae igitur partes ubi consentiunt, sibi ipse amicus recte potest aliquis dici. Hanc autem explicationem et Eud. Eth. VII, 6, p. 1240, b, 13 seqq. et auctor M. M. II, p. 1211, a, 22 seqq., qui pro interpretibus sunt, roborant. Quorum prior versu 19 ὅτι γὰρ πῃ ὅμοιος καὶ εἷς καὶ αὐτὸς αὑτῷ ἀγαθός, ταύτῃ αὐτὸς αὑτῷ φίλος. Posterior : ὥστ' εἰ μὲν ἐκ τῶν καθ' ἕκαστα γνωρίζεται ἡ φιλία, inquit, τὰ δὲ καθ' ἕκαστα ἡμῖν αὐτοῖς βουλοίμεθα ὑπάρχειν, δῆλόν ἐστιν ὡς ἔστι πρὸς αὑτοὺς φιλία, ὥσπερ καὶ τὴν ἀδικίαν (nam iniuriae ratio est eadem : Eth. N. V, 11, 9) ἔφαμεν πρὸς αὑτὸν εἶναι. ἐπειδὴ γὰρ ἕτερος μὲν ὁ ἀδικῶν, ἕτερος δὲ ὁ ἀδικούμενος, ὁ αὐτὸς δ' εἷς ἐστιν ἕκαστος, διὰ τὸ τοιοῦτον οὐκ ἐδόκει εἶναι πρὸς αὑτὸν ἀδικία. ἔστι μέντοι, ὥς ἔφαμεν σκοποῦντες ἐπὶ τῶν τῆς ψυχῆς μερῶν, ἐπειδή ἐστι πλείω, ὅταν ταῦτα μὴ ὁμονοῶσι, τότε εἶναι πρὸς αὑτὸν τὴν ἀδικίαν. ὁμοίως οὖν τούτῳ καὶ ἡ φιλία δόξειεν ἂν εἶναι πρὸς αὑτόν. ἐπειδὴ γὰρ ὁ φίλος ἐστίν, ὥς φαμέν, ὅταν βουλώμεθα σφόδρα φίλον εἰπεῖν, μία φαμὲν ψυχὴ ἡ ἐμὴ καὶ ἡ τούτου· ἐπεὶ οὖν ἔστι τῆς ψυχῆς πλείω μέρη, τότ' ἔσται μία ψυχή, ὅταν συμφωνῶσι πρὸς ἄλληλα ὅ τε λόγος καὶ τὰ πάθη· οὕτω γὰρ μία ἔσται. ὥστε μιᾶς γενομένης, ἔσται πρὸς αὑτὸν φιλία. Iam vero verbis ἐκ τῶν εἰρημένων aut ea quae supra §. 3 disputata sunt, aut ea, quae Eth. N. I, 13, 9—19; VI, 5, 8 et VI, 12, 6

7. Φαίνεται δὲ τὰ εἰρημένα καὶ τοῖς πολλοῖς ὑπάρχειν, καίπερ οὖσι φαύλοις. ἆρ' οὖν ῃ ἀρέσκουσιν ἑαυτοῖς, καὶ ὑπολαμβάνουσιν ἐπιεικεῖς εἶναι, ταύτῃ μετέχουσιν αὐτῶν; ἐπεὶ τῶν γε κομιδῇ φαύλων καὶ ἀνοσιουργῶν οὐθενὶ ταῦθ' ὑπάρχει, ἀλλ' οὐδὲ φαίνεται. 8. σχεδὸν δὲ οὐδὲ τοῖς φαύλοις· διαφέρονται γὰρ ἑαυτοῖς, καὶ ἑτέρων μὲν ἐπιθυμοῦσιν, ἄλλα δὲ βούλονται, οἷον οἱ ἀκρατεῖς· αἱροῦνται γὰρ ἀντὶ

dicta sunt, Aristoteles in memoriam revocat. Denique verborum scriptorum ea discrepantia, quam Schol. (fol. 151, a, translatam a Feliciano p. 560) memoriae prodidit, removetur facili negotio: φέρεται, inquit, καὶ ἄλλη γραφή — δόξειε δ' ἂν ταύτῃ εἶναι φιλία, ῃ οὐκέτι δύο τὰ αὐτά: quae, ad hunc modum, opinor, emendanda, ταύτῃ — ῃ οὐκέτι δύο ταῦτα (quod Scholiastae explicatio haec, ὅταν ταῦτα ὦσι ἕν, suadet), explicatio fuere verborum Aristoteleorum.

ἡ ὑπερβολὴ τῆς φιλίας. Auctor M. M. l. l. ὅταν βουλώμεθα σφόδρα φίλον εἰπεῖν: cf. VIII, 6, 2. De verbo ὁμοιοῦται vide VIII, 4, 6.

§. 7. τὰ εἰρημένα· τὰ φιλικὰ τὰ πρὸς ἑαυτόν, ἃ ὑπάρχει τῷ ἐπιεικεῖ.

ῃ ἀρέσκουσιν ἑαυτοῖς. δοκεῖ πᾶς αὐτὸς αὑτῷ ἀγαθός, inquit Eud. Eth. VII, 6, p. 1240, b, 27.

κομιδῇ. Kuehner. gr. gr. §. 586, c. Arist. Eth. N. III, 5, 12 κομιδῇ ἀναίσθητος. X, 1, 2 κομιδῇ φαῦλος.

ἀνοσιουργῶν. οὗτοί εἰσιν οἱ αἵματα ἀδελφῶν καὶ συγγενῶν ἐκχέοντες καὶ ἱερὰ συλῶντες, ἀθέσμους τοὺς γάμους γαμοῦντες, καὶ ἡδοναῖς αἰσχροτάταις ἑαυτοὺς καταρρυπαίνοντες. Schol.

ἀλλ' οὐδέ. Cf. VIII, 7, 1.

§. 8. σχεδὸν δὲ οὐδὲ τοῖς φαύλοις· ὑπάρχει τὰ φιλικὰ τὰ πρὸς ἑαυτούς. Σχεδὸν πᾶσιν, inquit Schol., ἀλλ' οὐχ ἁπλῶς πᾶσιν.

διαφέρονται γὰρ ἑαυτοῖς. Eth. Eud. VII, 6, p. 1240, b, 16 ὁ μοχθηρὸς οὐχ εἷς, ἀλλὰ πολλοί. M. M. II, 11, p. 1211, a, 39 ὁ φαῦλος· οὐδέποτ' ἐστὶν αὐτὸς αὑτῷ φίλος· μάχεται γὰρ ἀεὶ ἑαυτῷ. De casu tertio verbum διαφέρεσθαι sequente cf. Krueger. gr. gr. I, II, p. 64—65; Matth. §. 404, c; Rost. §. 105, 3; Kuehner. §. 574, c. Xen. Mem. II, 9, 8 τοὺς χρηστοὺς φίλους ποιεῖσθαι, τοῖς δὲ πονηροῖς διαφέρεσθαι. Eth. N. IX, 6, 4 στασιάζειν αὑτοῖς.

οἷον οἱ ἀκρατεῖς. M. M. II, 11, p. 1211, a, 40 ὁ ἀκρατὴς ὅταν πράξῃ τι τῶν καθ' ἡδονήν, μετ' οὐ πολὺ μεταμελεῖται καὶ κακίζει αὐτὸς αὑτόν. Exemplo eodem Eudemus utitur Eth. VII, 6, p. 1240, a, 16. Arist. Eth. N. VII, 1, 6 ὁ αὐτὸς ἐγκρατὴς καὶ ἐμμενετικὸς τῷ λογισμῷ, καὶ ἀκρατὴς καὶ ἐκστατικὸς τοῦ λογισμοῦ. καὶ ὁ μὲν ἀκρατὴς εἰδὼς ὅτι

τῶν δοκούντων ἑαυτοῖς ἀγαθῶν εἶναι τὰ ἡδέα βλαβερὰ ὄντα· οἱ δ' αὖ διὰ δειλίαν καὶ ἀργίαν ἀφίστανται τοῦ πράττειν ἃ οἴονται ἑαυτοῖς βέλτιστα εἶναι· οἷς δὲ πολλὰ καὶ δεινὰ πέπρακται, καὶ διὰ τὴν μοχθηρίαν μισοῦνται, φεύγουσι τὸ ζῆν καὶ ἀναιροῦσιν ἑαυτούς. 9. ζητοῦσί τε οἱ μοχθηροὶ μεθ' ὧν συν[δι]ημερεύσουσιν, ἑαυτοὺς δὲ φεύγουσιν· ἀνα–

φαῦλα πράττει διὰ πάθος, ὁ δ' ἐγκρατὴς εἰδὼς ὅτι φαῦλαι αἱ ἐπιθυμίαι οὐκ ἀκολουθεῖ διὰ τὸν λόγον. Cf. Eth. N. III, 2, 4. IX, 8, 6.

διὰ δειλίαν. Eth. N. II, 7, 2 περὶ μὲν οὖν φόβους καὶ θάρρη ἀνδρεία μεσότης (vide supra VIII, 1, 1 quae docuimus) ... ὁ δ' ἐν τῷ θαρρεῖν ὑπερβάλλων θρασύς, ὁ δὲ τῷ μὲν φοβεῖσθαι ὑπερβάλλων τῷ δὲ θαρρεῖν ἐλλείπων δειλός.

οἷς — πέπρακται. Matth. gr. gr. §. 395; Kuehner. §. 582; Rost. §. 112, 4; coll. Madvig. gr. lat. §. 250; Krueger. gr. lat. §. 361.

καὶ διὰ τὴν μοχθηρίαν μισοῦνται κτλ. Ad haec verba, sicut scripsi, tuenda ita conveniunt subsidia, ut codd. K[b] M[b] et Paris. B Michel., καί ante διά suppeditent, K[b] CCC Vrat. El. M[b] N[b] et Paris. B Michel. μισοῦνται pro μισοῦσι exhibeant, Interpres vetus (fol. 31, b) haec referat: quibus multa et dura operata sunt *et* propter maliciam *odiuntur*, fugiunt vivere.

§. 9. ζητοῦσί τε. Non vocabula solum cum vocabulis, sed sententias etiam cum sententiis voculâ τε, ut scriptores alii, ita persaepe Ar. connectit. Vide paullo infra οὐθέν τε φιλητὸν ἔχοντες. VIII, 1, 2. VIII, 1, 3. VIII, 11, 2. IX, 1, 7. IX, 1, 9. IX, 4, 5. IX, 6, 3. IX, 7, 6. IX, 8, 1. IX, 9, 2. IX, 11, 4. Krueger. gr. gr. I, II, p. 327; Matth. §. 626; Kuehner. §. 722, 7. Zell. ad Eth. N. I, 10, 14 et ad Eth. N. III, 12, 3.

μεθ' ὧν συν[δι]ημερεύσουσι. De scribendorum verborum ratione supra VIII, 13, 3 sententiam aperui. Futuri vim temporis explicant Matth. gr. gr. §. 481, d; Krueger. I, II, p. 156, n. 7; Kuehner. §. 802, 4. Cf. infra IX, 11, 1. Pol. VI, 5, p. 1319, b, 38 δεῖ πειρᾶσθαι κατασκευάζειν τὴν ἀσφάλειαν .... τιθεμένους τοιούτους νόμους, οἳ περιλήψονται μάλιστα τὰ σώζοντα τὰς πολιτείας, καὶ μὴ νομίζειν τοῦτ' εἶναι δημοτικὸν μηδ' ὀλιγαρχικόν, ὃ ποιήσει τὴν πόλιν ὅτι μάλιστα δημοκρατεῖσθαι ἢ ὀλιγαρχεῖσθαι, ἀλλ' ὃ πλεῖστον χρόνον. Rei gratiâ Zwingerus Eth. N. X, 6, 3, ubi tyranni homines profusae hilaritatis, quâ ipsi egeant, anquirere dicuntur, in contentionem vocat.

ἑαυτοὺς δὲ φεύγουσιν. Sen. de tranq. an. II, 12 aliud ex alio iter suscipitur et spectacula spectaculis mutantur, ut ait Lucretius (III, 1081) *hoc se quisque modo semper fugit.* Sed quid prodest, si non effugit? Sequitur se ipse et urguet gravissimus comes. Hor. Od. II, 16, 19 seqq.

μιμνήσκονται γὰρ πολλῶν καὶ δυσχερῶν, καὶ τοιαῦθ' ἕτερα ἐλπίζουσι, καθ' ἑαυτοὺς ὄντες, μεθ' ἑτέρων δ' ὄντες ἐπιλανθάνονται· οὐθέν τε φιλητὸν ἔχοντες οὐθὲν· φιλικὸν πάσχουσι πρὸς ἑαυτούς. οὐδὲ δὴ συγχαίρουσιν οὐδὲ συναλγοῦσιν οἱ τοιοῦτοι ἑαυτοῖς· στασιάζει γὰρ αὐτῶν ἡ ψυχή, καὶ τὸ μὲν διὰ μοχθηρίαν ἀλγεῖ, ἀπεχόμενόν τινων, τὸ δ' ἥδεται, καὶ τὸ μὲν δεῦρο, τὸ δ' ἐκεῖσε ἕλκει ὥσπερ διασπῶντα. 10. εἰ δὲ μὴ οἷόν τε ἅμα λυπεῖσθαι καὶ ἥδεσθαι,

ἀναμιμνήσκονται. Cfr. Plut. tranq. an. 19. Orestes Euripideus v. 203 :

> ὦ πότνια λήθη τῶν κακῶν, ὡς εἶ σοφὴ
> καὶ τοῖσι δυστυχοῦσιν εὐκταία θεός.

τοιαῦθ' ἕτερα ἐλπίζουσιν· rerum sceleste factarum memoriam refricatum iri provident. Namque non sperandi, sed prospiciendi, divinandi, exspectandi potestate verbum ἐλπίζειν h. l. sumptum est. Cf. Dem. παραπρ. p. 416, 11 δεινὸν παθεῖν σαυτὸν ἤλπιζες. Wolf. ad Dem. Lept. p. 506, 16. Arist. de Mem. p. 449, b, 10; Rhet. I, 11, p. 1370, a, 34.

καθ' ἑαυτοὺς ὄντες. Cf. Matth. gr. gr. §. 581, b, γ; Winer. gr. N. T. p. 477 *); Viger. p. 633. Eth. N. IX, 9, 3. IX, 9, 5. Top. VIII, 1 pr.

οὐδὲ δὴ συγχαίρουσιν κτλ. ὅτι τὸ συγχαίρειν καὶ συλλυπεῖσθαι ἐκείνων ἐστίν, ὧν καὶ τὸ ὁμογνωμονεῖν. Schol. De particulis οὐδὲ δή cf. Hartung. in l. Lehre von den Partikeln der gr. Spr. I, p. 265. Eth. N. VI, 9, 3. III, 3, 16. VIII, 3, 4. VIII, 3, 8. Anal. Pr. 19, p. 38, b, 3. H. A. V, 11, p. 543, b, 22. Bonitz. obss. cr. in M. M. et Eth. Eud. p. 20.

στασιάζει γὰρ αὐτῶν ἡ ψυχή· τὸ λογιστικὸν καὶ τὸ ἄλογον τῆς ψυχῆς. Schol. Eth. N. I, 13, 15 φαίνεται δ' ἐν αὐτοῖς καὶ ἄλλο τι παρὰ τὸν λόγον πεφυκός, ὃ μάχεται καὶ ἀντιτείνει τῷ λόγῳ· . . . . ἐπὶ τἀναντία γὰρ αἱ ὁρμαὶ τῶν ἀκρατῶν. Plat. Rep. I, p. 351, d seqq., imprimis p. 352, a ἡ ἀδικία ἐν ἑνὶ ἐνοῦσα πρῶτον ἀδύνατον αὐτὸν πράττειν ποιήσει στασιάζοντα καὶ οὐχ ὁμονοοῦντα αὐτὸν αὑτῷ, ἔπειτα ἐχθρὸν καὶ ἑαυτῷ καὶ τοῖς δικαίοις. Rep. IX, p. 586, e; IV, p. 442, d; Phaedr. p. 253, e seqq. Cic. de fin. I, 18, 58 neque enim civitas in seditione beata esse potest, nec in discordiâ dominorum domus : quo minus animus a se ipse dissidens secumque discordans, gustare partem ullam liquidae voluptatis et liberae potest : atque pugnantibus et contrariis studiis consiliisque semper utens nihil quieti videre, nihil tranquilli potest. — Esai. LVII, 20 οἱ δὲ ἄδικοι κλυδωνισθήσονται καὶ ἀναπαύσασθαι οὐ δυνήσονται. οὐκ ἔστι χαίρειν τοῖς ἀσεβέσιν, εἶπεν ὁ Θεός. LXX.

διασπῶντα. Eth. Eud. VII, 6, p. 1240, b. 29.

§. 10. *εἰ δὲ μὴ οἷόν τε κτλ.* In improbo partem laetari animi,

ἀλλὰ μετὰ μικρόν γε λυπεῖται ὅτι ἥσθη, καὶ οὐκ ἂν ἐβούλετο ἡδέα ταῦτα γενέσθαι αὐτῷ· μεταμελείας γὰρ οἱ φαῦλοι γέμουσιν.

Οὐ δὴ φαίνεται ὁ φαῦλος οὐδὲ πρὸς ἑαυτὸν φιλικῶς διακεῖσθαι διὰ τὸ μηδὲν ἔχειν φιλητόν.

Εἰ δὴ τὸ οὕτως ἔχειν λίαν ἐστὶν ἄθλιον, φευκτέον τὴν μοχθηρίαν διατεταμένως καὶ πειρατέον ἐπιεικῆ εἶναι· οὕτω

partem dolere, dixerat philosophus. Cui quum possit hoc obiici, ut eodem temporis momento simul gaudeat, simul laetetur aliquis, id fieri non posse: ipse huic reprehensioni occurrit quodammodo ac certe brevi post, nullâ fere intercapedine, gaudia posse excipere dolores conscientiae, dandum declarat esse.

οὐκ ἂν ἐβούλετο. Matth. gr. gr. §. 509, a; Rost. §. 120, 6, n. 2; Baeumlein. in l. Untersuchungen über die griech. Modi p. 145 seqq. — Plaut. Most. III, 2, 53 : velim ut *velles*. Sen. epist. LXVII, 13 : adspice M. Catonem, sacro illi pectori purissimas manus admoventem et vulnera parum demissa laxantem. Utrum illi tandem dicturus es »*vellem quae velles*« et »moleste fero?« an feliciter, quod agis?

ταῦτα· ἃ ἐγένετο αὐτῷ. Puerulum hodie ita scribentem, quâ — proh Dii immortales — voce Orbilii plagosi increpant!

φιλικῶς διακεῖσθαι. Ar. Metaph. III, 4, p. 1008, b, 30 ὁ δοξάζων πρὸς τὸν ἐπιστάμενον οὐχ ὑγιεινῶς διάκειται πρὸς τὴν ἀλήθειαν. Eth. N. II, 5, 4 κατὰ τὰ πάθη κινεῖσθαι λεγόμεθα, κατὰ δὲ τὰς ἀρετὰς καὶ τὰς κακίας οὐ κινεῖσθαι, ἀλλὰ διακεῖσθαί πως. Met. X, 6, p. 1063, b, 1 τοῖς κάμνουσιν διὰ τὸ μὴ ὁμοίως διακεῖσθαι τὴν ἕξιν καὶ οὐθ' ὑγίαινον, οὐχ ὅμοια φαίνεται τὰ κατὰ τὰς αἰσθήσεις.

διατεταμένως. διατείνεσθαι (quod etiam active dicit Aristoteles, ut Eth. N. X, 1 pr., Meteor. II, 8, p. 367, b, 10 νεφέλιον διατεῖνον καὶ μακρὸν coll. de Audib. p. 800, b, 30) omnibus paene significationibus Latinorum verbo *contendere* respondet : ut est de contentione clamitantium quiritantiumque Pol. VII, 17, p. 1336, a, 39 : de contentione cursitantium Theophr. Char. XVIII, 4 : maxime de contentione animi, quum litigantium et asseverantium (Eth. Eud. III, 4, p. 1232, a, 14 coll. Diod. S. XIII, 28), tum de quâvis re omnibus nervis industriae elaborantium : inde dicitur Eth. N. IV, 2, 1 διατείνεσθαι περί τι, appetere aliquid : Eth. N. IX, 8, 7 διατείνομαι τὰ κάλλιστα πράττειν, incumbere ad res honestas perpetrandas, ut Xen. Mem. III, 7, 9 διατείνου πρὸς τὰ σαυτοῦ προσέχειν. Hinc natum adverbium διατεταμένως rei *cupide, impense, strenue* gerendae habet notam : idemque eo exprimitur, quod illo Socratico Xen. Mem. IV, 2, 23 δεῖ παντὶ τρόπῳ διατεινομένους φεύγειν ὅπως μὴ ἀνδράποδα ὦμεν : cf. Eth. N, X, 4, 9 ἡ διάνοια διατεταμένως περὶ αὐτὰ ἐνεργεῖ. Ab eodem fonte ductum nomen ἡ διάτασις primum denotat *extensionem*,

γὰρ καὶ πρὸς ἑαυτὸν φιλικῶς ἂν ἔχοι καὶ ἑτέρῳ φίλος γένοιτο.

Cap. V. Ἡ δ' εὔνοια φιλικῷ μὲν ἔοικεν, οὐ μὴν ἔστι γε φιλία· γίγνεται γὰρ εὔνοια καὶ πρὸς ἀγνῶτας καὶ λανθάνουσα, φιλία δ' οὔ· καὶ πρότερον δὲ ταῦτ' εἴρηται· ἀλλ' οὐδὲ φίλησίς ἐστιν· οὐ γὰρ ἔχει διάτασιν οὐδ' ὄρεξιν, τῇ

velut de Part. An. III, 3, p. 664, a, 32 ἔστι δ' ὁ μὲν οἰσοφάγος σαρκώδης, ἔχων νευρώδη τάσιν, νευρώδης μέν, ὅπως ἔχῃ διάτασιν εἰσιούσης τῆς τροφῆς (ut extendi possit, quum cibus ingeritur) : deinde translate *contentionem*, quum enixe, omni ope atque operâ quis laborat, e. gr. de contentione plorantium Pol. VII, 17, p. 1336, a, 34 τὰς διατάσεις τῶν παίδων καὶ κλαυθμοὺς οὐκ ὀρθῶς ἀπαγορεύουσιν οἱ κωλύοντες ἐν τοῖς νόμοις : recte, ut solet, Stahrius : das angestrengte Schreien und Weinen verbieten Einige mit Unrecht in ihren Gesetzen. Atque his iam praemissis restat nobis explicandus is locus, quem paullo infra legemus IX, 5, 1, ubi comparatur benevolentia (εὔνοια) cum amore (φιλήσει), atque διάτασιν habere dicitur ἡ φίλησις, carere eâ ἡ εὔνοια. Nempe hoc loco διάτασις designat *animi intentionem, impetum vehementiorem, appetitum acriorem (an affection and expansion of the soul :* Gill.), ut a vicini nominis ὄρεξις potestate haud ita multum deflectat : optimeque ad rem declarandam confertur illud Demosthenis Cor. p. 274, 7 τί οὖν ἐπήραμαι καὶ διετεινάμην οὕτω σφοδρῶς;

πρὸς ἑαυτὸν φ. ἂν ἔχοι. Subiectum est enunciati ὁ φεύγων τὴν μοχθηρίαν καὶ πειρώμενος εἶναι ἐπιεικής : cf. VIII, 2, 3. Voc. καί ante πρός non recte eliditur a codd. K^b M^b.

Cap. V, 1—2. ARGUMENTUM. *Quaestionum, cum amicitiae disputatione coniunctarum, ab hoc capite deinceps tractandarum, prima hoc capite adnectitur de benevolentiâ, cuius est quaedam cum amicitiâ similitudo. Ea neque amicitia est : nam et ignotos et ignorantes inter se amplectitur, quod secus in amicitiâ est : neque vero amor est : nam et sine impetu et desiderio exsistit rei amatae, neque consuetudinis tanquam altricis indiget, quae quidem notae amoris sunt.*

φιλικῷ. Hoc voc., quod vocabuli φιλίᾳ ceteris in libris scripti locum in cod. K^b occupat, capitis VI initium (φιλικὸν καὶ ἡ ὁμόνοια φαίνεται) capitisque IV principium comparantibus, quo iure verum a me existimetur, manifestum erit. Cf. etiam M. M. II, 12, p. 1212, a, 12 οὐκ ἔστι χωρὶς φιλίας ἡ εὔνοια, ἀλλ' ἐν τῷ αὐτῷ· διὸ δοκεῖ φιλία εἶναι. Eth. Eud. VII, 7, p. 1241, a, 3 ἔστι δ' ἡ εὔνοια τῆς φιλίας οὔτε πάμπαν ἕτερον οὔτε ταὐτόν.

πρότερον — εἴρηται· VIII, 2, 3—4. Pro ταῦτ' est in codd. K^b M^b El. τοιαῦτ', id quod legit etiam Interpres vet. fol. 32, a.

οὐ γὰρ ἔχει διάτασιν. Nomen διάτασις quid sibi velit, paullo

φιλήσει δὲ ταῦτ' ἀκολουθεῖ. 2. καὶ ἡ μὲν φίλησις μετὰ συνηθείας, ἡ δ' εὔνοια καὶ ἐκ προσπαίου, οἷον καὶ περὶ τοὺς ἀγωνιστὰς συμβαίνει· εὖνοι γὰρ αὐτοῖς γίγνονται καὶ συνθέλουσιν, συμπράξαιεν δ' ἂν οὐθέν· ὅπερ γὰρ εἴπομεν, προσπαίως εὖνοι γίγνονται καὶ ἐπιπολαίως στέργουσιν.

3. Ἔοικε δὴ ἀρχὴ φιλίας εἶναι, ὥσπερ τοῦ ἐρᾶν ἡ διὰ

ante IX, 4, 10 (*διατεταμένως*) enucleavimus. Benevolentia placida est, tranquilla, quieta, affectuum motuumque expers : contra amor *λυσιμελὴς δονεῖ, γλυκύπικρον ἀμάχανον ὄρπετον* atque *ἐτίναξε τὰς φρένας, ὡς ἄνεμος κατ' ὄρος δρυσὶν ἐμπεσών*, ut praedicat Sappho fragm. 20—21, p. 301 Schneidew.

§. 2. *ἡ φίλησις μετὰ συνηθείας*· tempore atque consuetudine crescit affectus amoris. Lucret. IV, 1279 :

Quod superest, consuetudo concinnat amorem.

ἐκ προσπαίου· ex improviso, derepente, subito : translatione eâdem (quum origo verbum *παίω* sit), quà barbaris Germanis mit einem Schlage (Knall und Fall), Gallis *tout-à-coup* dicere placuit : *ἐξ ὑπογυίου* bene Coraes comparat : vis eadem adverbio *προσπαίως*, paullo infra scripto (in thesauris quibusdam l. gr. nescio quo casu praetermisso), subiicitur.

συνθέλουσιν· victoriam, quam certantes ipsi sibi cupiunt, certantibus spectatores exoptant.

συμπράξαιεν δ' ἂν οὐθέν. Eud. Eth. VII, 7, p. 1241, a, 10 *τοῦ μὲν εὐνοοῦντος βούλεσθαι μόνον ἐστί, τοῦ δὲ φίλου καὶ πράττειν ἃ βούλεται.*

ἐπιπολαίως· quasi superficie tenus, ad modum rerum earum »quae supra aquam fluctuant innatantque«, leviter, perfunctorie. Cf. Eth. N. I, 5, 4 *φαίνεται ἐπιπολαιότερον εἶναι τοῦ ζητουμένου*, ubi Schol. Par. *ἁπτόμενον μόνον τῶν εἰς αὐτὸ σκοπούντων, οὐκ εἰς βάθος διῆκον οὐδὲ παραμένειν ἀεὶ δυνάμενον* : Top. I, 1, p. 100, b, 27; de Insomn. 2, p. 460, a, 23; Metaph. I, 5, p. 987, a, 22; Metaph. I, *α*, 1, p. 993, b, 13. Polit. III, 3, p. 1276, a, 19 *ἡ ἐπιπολαιοτάτη τῆς ἀπορίας ζήτησις*, Stahrius : die zunächst liegende Lösung der Schwierigkeit. Zell. ad Eth. N. I, 4, 4. Affinis est dicendi ratio illa *ἐπιπολῆς ἐστιν ἰδεῖν* vel *τὸ συνιδεῖν*, Top. VIII, 2, p. 154, a, 4. Rhet. I, 15, p. 1376, b, 14; Rhet. II, 16, p. 1390, b, 32 coll. Demosth. Erot. p. 1412, 22.

Cap. V, 3—4. ARGUMENTUM. *In benevolentiâ momenti est plurimum ad contrahendam amicitiam : non ad omnem tamen, sed ad hanc, morum honestate quae iungitur, solam.*

ἔοικε δὴ ἀρχὴ φιλίας εἶναι. Eth. Eud. VII, 7, p. 1241, a, 12; M. M. II, 12, p. 1212, a, 6.

τῆς ὄψεως ἡδονή· μὴ γὰρ προησθεὶς τῇ ἰδέᾳ οὐθεὶς ἐρᾷ· ὁ δὲ χαίρων τῷ εἴδει οὐθὲν μᾶλλον ἐρᾷ, ἀλλ' ὅταν καὶ ἀπόντα ποθῇ καὶ τῆς παρουσίας ἐπιθυμῇ. οὕτω δὴ καὶ φίλους οὐχ οἷόν τ' εἶναι μὴ εὔνους γενομένους· οἱ δ' εὔνοι οὐθὲν μᾶλλον φιλοῦσιν· βούλονται γὰρ μόνον τἀγαθὰ οἷς εἰσιν εὔνοι, συμπράξαιεν δ' ἂν οὐθέν, οὐδ' ὀχληθεῖεν ὑπὲρ αὐτῶν.

Διὸ μεταφέρων φαίη τις ἂν αὐτὴν ἀργὴν εἶναι φιλίαν, χρονιζομένην δὲ καὶ εἰς συνήθειαν ἀφικνουμένην γίγνεσθαι

ἡ διὰ τῆς ὄψεως ἡδονή. Cf. IX, 12, 1. Athen. XIII, p. 564, b. Stahr. Aristot. II, p. 108. Plat. Cratyl. p. 420, b Ἔρως ὅτι εἰσρεῖ ἔξωθεν καὶ οὐκ οἰκεία ἐστὶν ἡ ῥοὴ αὐτὴ τῷ ἔχοντι, ἀλλ' ἐπείσακτος διὰ τῶν ὀμμάτων, διὰ ταῦτα ἀπὸ τοῦ εἰσρεῖν — ἔρως κέκληται. Plat. Phaedr. p. 250, e; Cic. Tusc. I, 19, 44; Muretus antestatur Propertium I, 1, 1: Cynthia prima suis miserum me cepit ocellis.

οὐδὲν μᾶλλον ἐρᾷ· οὐ δυνατὸν ἐρᾶν μὴ πρότερον ἡσθέντα τῷ εἴδει τοῦ ἐρωμένου, δυνατὸν δὲ ἡδόμενον μὴ ἐρᾶν. Paraphr. De verbis οὐδὲν μᾶλλον, *nihilo magis*, hoc est *non* (Plaut. Amphitr. III, 2, 27, quem in medio ponit Zell. ad Eth. N. IV, 2, 3) cf. Eth. N. IV, 9, 7. X, 2, 3.

ὅταν ἀπόντα ποθῇ. Plat. legg. VI, p. 776, a ἐν ταῖς φιλίαις ἐὰν πόθος ἐνῇ τις, κολλᾷ καὶ συνδεῖ πάντα ἤθη. Plat. Cratyl. p. 420, a καὶ μὴν πόθος αὖ καλεῖται, σημαίνων οὐ τοῦ παρόντος εἶναι ἵμερός τε καὶ ῥεῦμα (ita enim legendum), ἀλλὰ τοῦ ἄλλοθί που ὄντος καὶ ἀπόντος, ὅθεν πόθος ἐπωνόμασται.

μεταφέρων. Cic. Orat. XXVII, 92 *translata* verba ea dico, quae per similitudinem ab aliâ re aut suavitatis aut inopiae causâ transferuntur: coll. de Orat. III, 38, 155. Aristot. Poet. 21, p. 1457, b, 6 μεταφορά ἐστιν ὀνόματος ἀλλοτρίου ἐπιφορὰ ἢ ἀπὸ τοῦ γένους ἐπὶ εἶδος, ἢ ἀπὸ τοῦ εἴδους ἐπὶ γένος, ἢ ἀπὸ τοῦ εἴδους ἐπὶ εἶδος, ἢ κατὰ τὸ ἀνάλογον. Cf. et Rhet. III, 2. 4. 10; Quintil. Inst. VIII, 6, 4.

ἀργὴν εἶναι φιλίαν· *ignavam* (Cic. de fat. XII, 28), *inertem, operis intermittentem amicitiam* (nam ἀργήν recte a Bekkero pro ἀρχήν, Micheleti etiam cod. B fidem faciente, scriptum est) Aristoteles benevolentiam appellat, quod qui benevolentiâ aliquem amplectitur, is quamquam huic bene vult cupitque, ipse quae sibi cupit, omnia, non tamen huic continuo operam suam dicet eiusque causâ elaboret ipse necesse est: contra amicus, quanto amico opere bene velit, re factisque declarat. — Eth. N. I, 7, 11 πότερον οὖν τέκτονος μὲν καὶ σκυτέως ἐστὶν ἔργα τινὰ καὶ πράξεις, ἀνθρώπου δ' οὐδέν ἐστιν, ἀλλ' ἀργὸν πέφυκεν; Eth. N. I, 13, 13 ἀργία γάρ ἐστιν ὁ ὕπνος τῆς ψυχῆς.

χρονιζομένην· aevum quum patitur (Colum. r. r. II, 10, pr.),

φιλίαν, οὐ τὴν διὰ τὸ χρήσιμον οὐδὲ τὴν διὰ τὸ ἡδύ· οὐδὲ γὰρ εὔνοια ἐπὶ τούτοις γίγνεται. ὁ μὲν γὰρ εὐεργετηθεὶς ἀνθ' ὧν πέπονθεν ἀπονέμει τὴν εὔνοιαν, τὰ δίκαια δρῶν· ὁ δὲ βουλόμενός τιν' εὐπραγεῖν, ἐλπίδα ἔχων εὐπορίας δι' ἐκείνου, οὐκ ἔοικ' εὔνους ἐκείνῳ εἶναι, ἀλλὰ μᾶλλον ἑαυτῷ, καθάπερ οὐδὲ φίλος, εἰ θεραπεύει αὐτὸν διά τινα χρῆσιν.

quum habet vetustatem (Cic. ad Att. XIV, 9), quum morat, durat, permanet. Cf. Arist. de Col. 6, p. 797, b, 5 παλαιούμενον καὶ χρονιζόμενον. Probl. XIII, 1, p. 907, b, 21 διὰ τί τὸ μὲν οὖρον, ὅσῳ ἂν χρονίζηται ἐν τῷ σώματι, δυσωδέστερον γίγνεται, ἡ δὲ κόπρος ἧττον. De Memor. p. 451, a, 29 τὸ δὲ μνημονεύειν καθ' αὑτὸ οὐχ ὑπάρχει πρὶν χρονισθῆναι. Hist. An. VI, 20, p. 574, b, 11 τὸ γάλα τὸ πρῶτον παχύ ἐστι, χρονιζόμενον δὲ γίγνεται λεπτότερον. De Col. 5, p. 794, b, 26; p. 796, a, 23.

οὐ τὴν δ. τ. χρ. Ne ἀλλ' οὐ, vel οὐ δέ dicendum fuisse opineris, consule Kruegerum gr. gr. I, II, p. 277, n. 5; Sauppium ad Dem. Phil. I, p. 44, §. 14; Winerum gr. N. T. p. 683; Eth. N. II, 1, 4; IV, 1,8; V, 1,9. Cic. or. LII, 175 quod ab his vere quâdam ex parte, non totum dicitur. Fabr. ad Sall. Cat. LII, 15. — Lessing. Nath. III, 4:

Der Löwe schämt sich freilich, wenn er mit
Dem Fuchse jagt, des Fuchses; nicht der List.

Quod et graece dixeris:

ὁ μὴν λέων, σύνθηρος ὢν τῇ κερδαλῇ,
τῇ κερδαλῇ γ' αἰσχύνετ', οὐ τοῖς κέρδεσιν.

Rei confer Eth. Eud. VII, 7, p. 1241, a, 4 διῃρημένης τῆς φιλίας κατὰ τρεῖς τρόπους, οὔτ' ἐν τῇ χρησίμῃ οὔτ' ἐν τῇ καθ' ἡδονὴν ἔστιν ἡ εὔνοια.

ὁ μὲν γὰρ εὐεργετηθεὶς κτλ. In utilitatis amicitiâ cur benevolentia locum non habeat, ratio redditur, personis sumptis et eius, qui nactus est iam commodum in tali amicitiâ (ὁ εὐεργετηθεὶς — δίκαια δρῶν), et eius, qui se nacturum adhuc confidit (ὁ δὲ βουλόμενος κτλ.). Horum in utroque quod videatur esse benevolentiae simile, id, quoniam non purâ mente ob alterius causam fovetur, benevolentia negatur esse. Ac de priore quidem hoc profitetur: fructum amicitiae qui percepit, is iuste si agit, illam, quam habet, benevolentiam pro his quae percepit retribuit (quae quidem pronunciando efferenda vox est), retribuit tantummodo, *non habet inde a primordiis amicitiae*: motu et impulsu non animi sui, sed beneficentiae alterius efficitur benevolus: non nascitur in eo, sed provocatur animus talis.

ἀλλὰ μᾶλλον ἑαυτῷ. Eth. Eud. VII, 7, p. 1241, a, 5 εἴτε γάρ, ὅτι χρήσιμον, βούλεται αὐτῷ τἀγαθά, οὐ δι' ἐκεῖνον, ἀλλὰ δι' αὑτὸν βούλοιτ' ἄν. δοκεῖ δ', ὥσπερ καὶ ἡ φιλία (sic palmari sententiâ Bonitzius emendavit), ἡ εὔνοια οὐκ αὐτοῦ εὔνοια τοῦ εὐνοϊζομένου εἶναι, ἀλλὰ τοῦ, ᾧ εὐνοεῖ.

4. Ὅλως δ' ἡ εὔνοια δι' ἀρετὴν καὶ ἐπιείκειάν τινα γίγνεται, ὅταν τῳ φανῇ καλός τις ἢ ἀνδρεῖος ἤ τι τοιοῦτον, καθάπερ καὶ ἐπὶ τῶν ἀγωνιστῶν εἴπομεν.

Cap. VI. Φιλικὸν δὲ καὶ ἡ ὁμόνοια φαίνεται· διόπερ οὐκ ἔστιν ὁμοδοξία· τοῦτο μὲν γὰρ καὶ ἀγνοοῦσιν ἀλλήλους ὑπάρξειεν ἄν. οὐδὲ τοὺς περὶ ὁτουοῦν ὁμογνωμονοῦντας ὁμονοεῖν φασιν, οἷον τοὺς περὶ τῶν οὐρανίων (οὐ γὰρ φιλικὸν τὸ περὶ τούτων ὁμονοεῖν), ἀλλὰ τὰς πόλεις ὁμονοεῖν φασιν, ὅταν περὶ τῶν συμφερόντων ὁμογνωμονῶσι καὶ ταὐτὰ προαιρῶνται καὶ πράττωσι τὰ κοινῇ δόξαντα. 2. περὶ τὰ πρακτὰ δὴ ὁμονοοῦσιν, καὶ τούτων περὶ τὰ ἐν μεγέθει καὶ ἐνδεχόμενα ἀμφοῖν ὑπάρχειν ἢ πᾶσιν, οἷον αἱ πόλεις, ὅταν

§. 4. δι' ἀρετήν. Eth. Eud. VII, 7, p. 1241, a, 10 περὶ τὴν ἠθικὴν φιλίαν ἡ εὔνοιά ἐστιν. M. M. II, 12, p. 1212, a, 9.

καλός. Cf. VIII, 1, 5. — εἴπομεν· supra §. 2.

Cap. VI, 1—2. ARGUMENTUM. *Concordia, de quâ hoc capite dicitur, et ab amicitiâ et ab consensione discernenda est. Consensio in sententiis rerum contemplandarum, concordia in consiliis rerum agendarum, quum idem de iisdem rebus eodem modo homines sentiunt, versatur : ut quasi civilis amicitia concordia videatur esse appellanda.*

φιλικὸν ἡ ὁμόνοια φαίνεται. Vide p. 6 et M. M. II, 12, p. 1212, a, 14 ἡ ὁμόνοιά ἐστι σύνεγγυς τῇ φιλίᾳ. Eud. Eth. VII, 7, p. 1241, a, 15 δοκοῦσι γὰρ οἵ τε φίλοι ὁμονοεῖν καὶ οἱ ὁμονοοῦντες φίλοι εἶναι.

τοῦτο μὲν γὰρ κτλ. τοῦτο· τὸ τὰ αὐτὰ δοξάζειν : cf. VIII, 6, 1.

οὐδὲ τοὺς περὶ ὁτουοῦν ὁμογνωμονοῦντας κτλ. M. M. II, 12, p. 1212, a, 15 εἰ γάρ τις Ἐμπεδοκλεῖ ὁμοίως ὑπολαμβάνει καὶ δοκεῖ αὐτῷ τὰ στοιχεῖα εἶναι ἃ κἀκείνῳ, ἆρά γε οὗτος Ἐμπεδοκλεῖ ὁμονοεῖ ἢ οὔ; Quaerendi viae ac rationi cf. Eth. N. III, 3, 1—7.

§. 2. περὶ τὰ πρακτὰ κτλ. Eth. Eud. VII, 7, p. 1241, a, 17 ἡ ὁμόνοια περὶ τὰ πρακτὰ . . . καὶ ὅσα εἰς τὸ συζῆν συντείνει. M. M. II, 12, p. 1212, a, 19.

τὰ ἐν μεγέθει· τὰ ἀξιόλογα, Paraphr. Vide Eth. N. IV, 2, 1. 10, coll. X, 7, 7.

ἐνδεχόμενα ἀμφοῖν ὑπάρχειν ἢ πᾶσιν. *Ambo* hos, quos inter concordia est, intelligit. Eth. Eud. VII, 7, p. 1241, a, 27 οὕτω δὲ δεῖ τῶν αὐτῶν ὀρέγεσθαι ὥστ' ἐνδέχεσθαι ἀμφοτέροις ὑπάρχειν οὗ ὀρέγονται. ἂν γὰρ τοιούτου ὀρέγωνται, ὃ μὴ ἐνδέχεται ἀμφοῖν, μαχοῦνται, οἱ ὁμονοοῦντες δ' οὐ μαχοῦνται. — Articulum ante ἐνδεχόμενα, in solis lectum codd. L[b] O[b], expunxi : cf. VIII, 11, 6.

πᾶσι δοκῇ τὰς ἀρχὰς αἱρετὰς εἶναι ἢ συμμαχεῖν Λακεδαιμονίοις ἢ ἄρχειν Πιττακόν, ὅτε καὶ αὐτὸς ἤθελεν· ὅταν δ' ἑκάτερος ἑαυτὸν βούληται, ὥσπερ οἱ ἐν ταῖς Φοινίσσαις, στασιάζουσιν· οὐ γὰρ ἐσθ' ὁμονοεῖν τὸ αὐτῷ ἑκάτερον ἐννοεῖν ὁδήποτε, ἀλλὰ τὸ ἐν τῷ αὐτῷ, οἷον ὅταν καὶ ὁ δῆμος καὶ οἱ ἐπιεικεῖς τοὺς ἀρίστους ἄρχειν· οὕτω γὰρ πᾶσι γίγνεται οὗ ἐφίενται.

Πολιτικὴ δὲ φιλία φαίνεται ἡ ὁμόνοια, καθάπερ καὶ

αἱ πόλεις. Urbis nomine cives accipiuntur : falso Garvius : wenn mehrere Städte unter sich übereinkommen. M. M. II, 12, p. 1212, a, 25.

ἄρχειν Πιττακόν. »Pittacus Mitylenaeus, septem sapientium unus, apud cives suos fortitudinis et prudentiae nomine in magno pretio fuit usque eo, ut eum volentem rei publicae suae praefecerint. Quum autem principatum decem annos tenuisset (a. ante Chr. n. 590—580), se ipse sponte magistratu abdicavit (Diog. L. I, 4, 2, 75). Et hoc videtur innuere philosophus, quando ὅτε καὶ αὐτὸς ἤθελε, inquit : nam decennio exacto, cupiebant quidem cives ei prorogare imperium, sed ipse repugnabat.« Zwinger. Cf. et Arist. Pol. III, 14, p. 1285, a, 35; Pol. II, 12, p. 1274, b, 18.

ἑκάτερος. Eth. Eud. VII, 7, p. 1241, a, 30 seqq. Vocula καί post ἑκάτερος non temere, opinor, repraesentatur a cod. K[b].

ὥσπερ οἱ ἐν ταῖς Φοινίσσαις· Eteocles et Polynices, Eur. Phoeniss. v. 443 seqq., imprimis v. 588 seqq.

οὐ γὰρ ἐσθ' ὁμονοεῖν — ἐν τῷ αὐτῷ· neque enim in eo, ut, quidlibet in consultationem cadit, hoc sibi velit quisque, sed in eo, ut idem eodem in homine velit (ut e. gr. ad eundem honos deferatur), concordia posita est. M. M. II, 12, p. 1212, a, 23 εἰ κἀγὼ ἐμαυτὸν βούλομαι ἄρχειν κἀκεῖνος ἐμέ, οὕτως ἤδη ὁμονοοῦμεν. Annominatio, quum ad voc. τὸ αὐτῷ proximo τὸ ἐν τῷ αὐτῷ acceditur, manifesta est. Illud αὐτῷ autem, quum sententiâ flagitatum (nam αὐτό, quod in reliquis legitur libris, relabentis ad §. 1 auctoris esset), tum a codd. K[b] L[b] M[b] et Interpr. vet. (fol. 32, a) traditum, ratum habui. Ad rem declarandam vox illa mariti cuiusdam pertinet, de quâ Zwingerus Camerariusque referunt, confirmantis »se uxoremque suam unam sententiam habuisse annis compluribus ab initio coniugii, et idem voluisse ambos : et se et illam in domo dominari cupivisse.«

ὅταν. De hac coniunctione verbo suo destitutâ cf. Pol. IV, 4, p. 1290, b, 19; Waitz. Anal. pr. p. 65, a, 26 (p. 516); Winckelmann. ad Plut. Erot. p. 14, 15 : de v. ἐπιεικεῖς VIII, 11, 5.

πολιτικὴ κτλ. Cfr. p. 6 ἡ γὰρ ὁμ. et Eth. Eud. VII, 7, p. 1241,

λέγεται· περὶ τὰ συμφέροντα γάρ ἐστι καὶ τὰ εἰς τὸν βίον ἀνήκοντα.

3. Ἔστι δ' ἡ τοιαύτη ὁμόνοια ἐν τοῖς ἐπιεικέσιν· οὗτοι γὰρ καὶ ἑαυτοῖς ὁμονοοῦσι καὶ ἀλλήλοις, ἐπὶ τῶν αὐτῶν ὄντες, ὡς εἰπεῖν· τῶν τοιούτων γὰρ μένει τὰ βουλήματα καὶ οὐ μεταρρεῖ ὥσπερ Εὔριπος, βούλονταί τε τὰ δίκαια καὶ τὰ συμφέροντα· τούτων δὲ καὶ κοινῇ ἐφίενται.

4. Τοὺς δὲ φαύλους οὐχ οἷόν τε ὁμονοεῖν πλὴν ἐπὶ μικρόν, καθάπερ καὶ φίλους εἶναι, πλεονεξίας ἐφιεμένους

a, 32. Verba *καθάπερ καὶ λέγεται* ad talia, qualia Plat. Alc. I, p. 126, b disputantur, pertinere arbitror.

περὶ τὰ συμφέροντα γάρ ἐστι. De sententiâ cf. VIII, 9, 4, de praepositione περί grammaticos VIII, 2, 2 testes laudatos: Eth. N. II, 7, 8 ἡ μεγαλοψυχία, περὶ τιμὴν οὖσα μεγάλην. III, 2, 8. 9. 10. IX, 8, 4. 7 coll. IV, 1, 3.

Cap. VI, 3—4. ARGUMENTUM. *Concordiâ viri virtute praediti, non vitiis obruti, fruuntur.*

ἐν τοῖς ἐπιεικέσιν. Eth. Eud. VII, 7, p. 1241, a, 21. Plat. Rep. I, p. 351, d στάσεις ἥ γε ἀδικία καὶ μίση καὶ μάχας ἐν ἀλλήλοις παρέχει, ἡ δὲ δικαιοσύνη ὁμόνοιαν καὶ φιλίαν. Cum proximis compara IX, 4, 3.

ἐπὶ τῶν αὐτῶν ὄντες. Cf. Dem. Phil. II, p. 66, 15 ὡς κωλύσαιτ' ἂν Φίλιππον πράττειν ταῦτα, ἐφ' ὧν ἐστι νῦν, παντελῶς ἀργῶς ἔχετε. Ar. Met. IV, 16, p. 1021, b, 28. Stallbaum. ad Plat. Rep. VIII, p. 567, a. Poeta Venusinus sat. I, 9, 2 »totus in illis«, quo loco Heindorfius et epist. I, 1, 11 (»omnis in hoc sum«) Obarrius est consulendus.

Εὔριπος. Frequenter inconstantiae, euripi, cuius affluunt remeantque aestus, imago adhibetur: nullus autem hoc, qui Boeotiam Euboeamque dividit, Euripus »cursum mutantibus undis« famosior: eapropter maiusculâ Εὔριπος litterâ posui. Aesch. Ctes. p. 188 (monente Vict.) ἀδικήσας δὲ Φίλιππον κἀκεῖθεν ἀποδρὰς ὑπέβαλεν ἑαυτὸν φέρων Θηβαίοις, ἐγκαταλιπὼν δὲ κἀκείνους καὶ πλείους τραπόμενος τροπὰς τοῦ Εὐρίπου, παρ' ὃν ᾤκει, εἰς μέσον πίπτει τῆς τε Θηβαίων ἔχθρας καὶ τῆς Φιλίππου. Cic. pr. Mur. XVII, 35 quod fretum, quem Euripum tot motus, tantas, tam varias habere putatis agitationes fluctuum, quantas perturbationes et quantos aestus habet ratio comitiorum? Arist. Probl. XXVI, 4, p. 940, b, 16; de Audib. p. 800, b, 29; p. 802, b, 35; Meteor. II, 8, p. 366, a, 23; Ideler. p. 599.

§. 4. *τοὺς δὲ φαύλους κτλ.* Eth. Eud. VII, 7, p. 1241, a, 25.

καθάπερ καὶ φίλους εἶναι. Vide p. 23 καὶ τοῦτ' ἴσασιν.

πλεονεξίας ἐφιεμένους. Nomen πλεονεξίας non eâ potestate, quâ *studium lucri* denotat (de Virt. et Vit. p. 1251, a, 33), sed propriâ, quâ

ἐν τοῖς ὠφελίμοις, ἐν δὲ τοῖς πόνοις καὶ ταῖς λειτουργίαις ἐλλείποντας· ἑαυτῷ δ' ἕκαστος βουλόμενος ταῦτα τὸν πέλας ἐξετάζει καὶ κωλύει· μὴ γὰρ τηρούντων, τὸ κοινὸν ἀπόλλυται. συμβαίνει οὖν αὐτοῖς στασιάζειν, ἀλλήλους μὲν ἐπαναγκάζοντας, αὐτοὺς δὲ μὴ βουλομένους τὰ δίκαια ποιεῖν.

Cap. VII. Οἱ δ' εὐεργέται τοὺς εὐεργετηθέντας δοκοῦσι

conditionem meliorem, sortem praestantiorem, praerogativum, declarat, positum est. Quod quum contendo, nihil ego temere, dubia argumentis colligendo, ago. Quid enim? Ar. Pol. III, 12, p. 1282, b, 29 haec leguntur: εἰ τοῦτ' ἀληθές, ἔσται καὶ κατὰ χρῶμα καὶ κατὰ μέγεθος καὶ καθ' ὁτιοῦν τῶν ἀγαθῶν πλεονεξία τις τῶν πολιτικῶν δικαίων τοῖς ὑπερέχουσι. Eth. N. V, 1, 10 τοῦ ἀγαθοῦ ἐστιν ἡ πλεονεξία. Anax Rhet. p. 43, 9 Speng. ἀπονεῖμαι ταύτην τὴν πλεονεξίαν αὐτοῖς ἐν ταῖς ψήφοις.

τὸν πέλας ἐξετάζει καὶ κωλύει. ἐξετάζειν idem fere h. l. atque proximum τηρεῖν valet: τὸν ἕτερον εὐθύνει περὶ τῶν λειτουργιῶν ἀκριβολογούμενος καὶ κωλύει τῶν συμφερόντων ἀπολαύειν, inquit Paraphr. Sap. Sir. XVIII, 21 ἐξέταζε σαυτόν. Cardwellus Demosth. p. 1124, 21 comparat. Ceterum vide Eth. Eud. VII, 7, p. 1241, a, 22.

μὴ γὰρ τηρούντων κτλ. Improborum cur alter suspectum habeat alterum, causa his verbis affertur: τηρούντων participium ad τοὺς φαύλους referendum est: cf. VIII, 13, 2 — ἁμιλλωμένων —: τὸ κοινόν communis utrique pravorum res dicitur: nihil igitur novandum est nec pro voc. γάρ voc. δέ invehendum.

συμβαίνει οὖν αὐτοῖς στασιάζειν. De modo infinitivo verbum συμβαίνειν sequente cf. Matth. gr. gr. §. 531; Kuehner. §. 642, d, a. Ar. Pol. VI, 4, p. 1319, a, 32 συμβαίνει τὴν χώραν ἔχειν. Ibid. b, 4 ἃ φθείρειν συμβαίνει τὰς πολιτείας εἴρηται. Ibid. b, 17 συνέβη στάσεως αἴτιον γενέσθαι. De casu tertio αὐτοῖς cum verbo στασιάζειν copulando cf. IX, 4, 8 (διαφέρονται ἑαυτοῖς).

ἀλλήλους ἐπαναγκάζοντας· sic enarra: ἀλλήλους ἐπαναγκάζοντας τὰ δίκαια ποιεῖν. In proximis αὐτούς, in quod codd. Bekk. conspirant omnes, Paraphrastae etiam, ut monet l. l. Krischius, oratione fultum, secundum Bekkerum complexus sum.

Cap. VII. ARGUMENTUM. *Auctores beneficiorum quaeritur, cur provocatos a se beneficiis acrius diligant, quam ipsi ab illis diligantur, et ad rem per se miram et iniustam explicandam hae rationes afferuntur. I. Primum enim in hoc versamur vitae genere, in quo immemores sunt plerique capiendorumque beneficiorum quam conferendorum cupidiores (§. 1). II. Deinde qui fruitur beneficio, is huius, qui fructum praebuit, tanquam opus quoddam videtur esse: at opus suum omnis artifex habere solet carius, quam ipse ab opere, si animatum esset, haberetur (§. 2—4). III. Porro conferre beneficia honestius est, ferre beneficia utilius: honesta autem prae*

μᾶλλον φιλεῖν ἢ οἱ εὖ παθόντες τοὺς δράσαντας, καὶ ὡς παρὰ λόγον γιγνόμενον ἐπιζητεῖται. τοῖς μὲν οὖν πλείστοις φαίνεται, ὅτι οἱ μὲν ὀφείλουσι, τοῖς δὲ ὀφείλεται· καθάπερ οὖν ἐπὶ τῶν δανείων οἱ μὲν ὀφείλοντες βούλονται μὴ εἶναι οἷς ὀφείλουσιν, οἱ δανείσαντες δὲ καὶ ἐπιμελοῦνται τῆς τῶν ὀφειλόντων σωτηρίας, οὕτω καὶ τοὺς εὐεργετήσαντας βούλεσθαι εἶναι τοὺς παθόντας, ὡς κομιουμένους τὰς χάριτας, τοῖς δ' οὐκ εἶναι ἐπιμελὲς τὸ ἀνταποδοῦναι. Ἐπίχαρμος μὲν οὖν τάχ' ἂν φαίη ταῦτα λέγειν αὐτοὺς ἐκ πονηροῦ θεω-

utilibus amabiliora sunt et iucunda magis (§. 5—6). IV. Tum amare actio, amari passio est : atqui actioni amoris vis maior comitatur (§. 6 extr.). V. Denique res quo maiore mole partae sunt, eo sunt cariores : at bene mereri maioris, quam percipere beneficia, molis est (§. 7).

οἱ δ' εὐεργέται κτλ. Eth. Eud. VII, 8, p. 1241, a, 35 seqq. — Articulus ante verba εὖ παθόντες iniuriâ in codd. Kb Mb praetermittitur.

ὡς παρὰ λόγον. Eth. Eud. VII, 8, p. 1241, a, 36 δοκεῖ δὲ δίκαιον εἶναι τοὐναντίον. Ceterum cf. Matth. gr. gr. §. 588, ζ; Rost. §. 104, 11, c; Kuehner. §. 615, III, β. Polit. III, 16, p. 1287, a, 36 παρὰ τὸν λόγον ποιεῖν. Poet. 22, p. 1458, a, 23 πᾶν παρὰ τὸ κύριον. Ibid. b, 3 παρὰ τὸ εἰωθός. Eth. N. V, 9, 6 et 9 παρὰ τὴν βούλησιν coll. IV, 1, 25. VII, 2, 1. Met. IV, 18, p. 1022, a, 21—22 παραλογίζεσθαι — παραλογισμός. Top. I, 1, p. 101, a, 6. — Soph. Elench. 12, p. 173, a, 4 παράδοξον. — Interpres vetus (fol. 32, a) quasi legisset ἐπιζητεῖται τοῦτο locum expressit.

τοῖς μὲν οὖν πλείστοις κτλ. Eth. Eud. VII, 8, p. 1241, a, 37. Thuc. II, 40 βεβαιότερος ὁ δράσας τὴν χάριν ὥστε ὀφειλομένην δι' εὐνοίας ᾧ δέδωκε σώζειν· ὁ δ' ἀντοφείλων ἀμβλύτερος, εἰδὼς οὐκ ἐς χάριν, ἀλλ' ἐς ὀφείλημα τὴν ἀρετὴν ἀποδώσων. Sen. ep. XIX, 10 quidam, quo plus debent, magis oderunt. Mox in codd. Kb Mb quod legitur scriptum οἱ δανείσαντες δὲ καὶ ἐπιμελοῦνται, non οἱ δὲ — ἐπιμέλονται, recepi : cf. Eth. N. VIII, 11, 1. IV, 1, 21. X, 8, 13. Hist. An. VI, 9, p. 564, b, 8.

Ἐπίχαρμος κτλ. Qui creditorum debitorumque exemplo quum acrem amorem beneficia tribuentium, tum necopinatam lentitudinem beneficia accipientium illustrari existimant, quosque non inepte statuere deinceps declarat philosophus, hi errare fortasse cuipiam videantur, dicanturque Epicharmi proverbio ferre sententiam ἐκ πονηροῦ θεώμενοι, h. e. rem spectantes ex iniquo loco, unde, limis contuentes oculis, decepti adspectu, perversa edant iudicia : quum potius e tali loco, unde quoquoversus adspectus daretur, rei essent partes lustrandae cunctae : id quod barbari dicimus : sie betrachten die Sache aus einem falschen Gesichtspunkte, sehen alles von der Schattenseite an. Dicendi generi affini est illud An. Gen. III, 6, p. 757,

μένους· ἔοικε δ' ἀνθρωπικῷ· ἀμνήμονες γὰρ οἱ πολλοί, καὶ μᾶλλον εὖ πάσχειν ἢ ποιεῖν ἐφίενται.

2. Δόξειε δ' ἂν φυσικώτερον εἶναι τὸ αἴτιον, καὶ οὐχ ὅμοιον τῷ περὶ τοὺς δανείσαντας· οὐ γάρ ἐστι φίλησις περὶ ἐκείνους, ἀλλὰ τοῦ σώζεσθαι βούλησις τῆς κομιδῆς ἕνεκα· οἱ δ' εὖ πεποιηκότες φιλοῦσι καὶ ἀγαπῶσι τοὺς πεπονθότας, κἂν μηθὲν ὦσι χρήσιμοι μηδ' εἰς ὕστερον γένοιντ' ἄν· 3. ὅπερ καὶ ἐπὶ τῶν τεχνιτῶν συμβέβηκεν· πᾶς γὰρ τὸ οἰκεῖον ἔργον ἀγαπᾷ μᾶλλον ἢ ἀγαπηθείη ἂν ὑπὸ τοῦ ἔργου, ἐμψύχου γενομένου. μάλιστα δ' ἴσως τοῦτο περὶ τοὺς ποιητὰς συμβαίνει· ὑπεραγαπῶσι γὰρ οὗτοι τὰ οἰκεῖα ποιήματα, στέργοντες ὥσπερ τέκνα. 4. τοιούτῳ δὴ ἔοικε καὶ

a, 11 διὸ τοῖς ἐκ παρόδου θεωροῦσι ταύτην ἐποίησε τὴν δόξαν coll. de Coel. III, 8, p. 306, b, 27. Epicharmum autem (de quo poetâ Siculo cf. libros, O. Muelleri Gesch. der gr. Litt. II, p. 261 seqq.; Bodii Gesch. der hellen. Dichtkunst III, II, p. 36 seqq.) dixisse ἐκ πονηροῦ θεώμενοι Paraphr. et Schol. perhibent, suntque haec verba versus trochaici clausula.

ἔοικε ἀνθρωπικῷ. Compara §. 4 pr. Eth. N. III, 11, 6 et IX, 9, 2 ἀτόπῳ ἔοικε. I, 10, 10 ἔοικεν αἰτίῳ. I, 6, 2. I, 11, 3. III, 5, 4. Stallbaum. ad Plat. Men. p. 80, d. Sententiae ἀμνήμονες κτλ. contende Eth. N. IV, 3, 25 et IV, 1, 37 οἱ γὰρ πολλοὶ φιλοχρήματοι μᾶλλον ἢ δοτικοί.

§. 2. δόξειε δ' ἂν φυσικώτερον· οὐκ ἔστι δὲ τοῦτο μόνον, ἀλλὰ καὶ φυσικόν, inquit Eud. Eth. VII, 8, p. 1241, a, 39. Pro verbo οὐχ ante ὅμοιον a codd. K[b] M[b] οὐδ' subornari Bekk. testatur: quod, si pro verbis καὶ οὐχ ibi scriptum est, equidem verum iudico.

τῆς κομιδῆς ἕνεκα· ἵνα τὸ δάνειον ἀπολάβωσι. Paraphr. Cf. Oecon. II, p. 1351, b, 3 et 7 ibidemque verbum κομίζειν coll. Eth. N. VIII, 13, 7. — Paullo infra τοὺς πεπονθότας, adverbio εὖ eiecto, Bekkerum, quocum tamen de cod. K[b] Cardwellus dissentit, secuti scripsimus.

μηδ' εἰς ὕστερον γένοιντ' ἄν· hoc est: καὶ εἰ μηδ' εἰς ὕστερον γένοιντ' ἄν. Cf. enucleatam Baeumleinii disputationem in l. Untersuch. üb. d. gr. Modi p. 327 seqq. et exempli gratiâ Dem. Polycl. p. 1206, 22 εἰ δ' ἐστὶν ἀληθῆ καὶ μηδεὶς ἂν μοι ἀντείποι ἄλλος. Ar. Rhet. III, 7, p. 1408, a, 15. De verbis εἰς ὕστερον cf. IX, 1, 4 εἰς ἔω.

§. 3. πᾶς γὰρ κτλ. M. M. II, 12, p. 1211, b, 35.

περὶ τοὺς ποιητάς. Eth. N. IV, 1, 20; Plat. Rep. I, p. 330, c (ubi, quod h. l. est ὑπεραγαπᾶν, id διπλῇ ἀσπάζεσθαι dicitur). Plut. quaestt. Pl. II, 1; Cic. Tusc. V, 22, 63.

τὸ τῶν εὐεργετῶν· τὸ γὰρ εὖ πεπονθὸς ἔργον ἐστὶν αὐτῶν· τοῦτο δὴ ἀγαπῶσι μᾶλλον ἢ τὸ ἔργον τὸν ποιήσαντα. τούτου δ' αἴτιον ὅτι τὸ εἶναι πᾶσιν αἱρετὸν καὶ φιλητόν· ἐσμὲν δ' ἐνεργείᾳ (τῷ ζῆν γὰρ καὶ πράττειν)· ἐνεργείᾳ δὴ ὁ ποιήσας τὸ ἔργον ἔστι πως· στέργει δὴ τὸ ἔργον, διότι καὶ τὸ εἶναι. τοῦτο δὲ φυσικόν· ὃ γάρ ἐστι δυνάμει, τοῦτο ἐνεργείᾳ τὸ ἔργον μηνύει.

5. Ἅμα δὲ καὶ τῷ μὲν εὐεργέτῃ καλὸν τὸ κατὰ τὴν πρᾶξιν, ὥστε χαίρειν ἐν ᾧ τοῦτο· τῷ δὲ παθόντι οὐθὲν καλὸν ἐν τῷ δράσαντι, ἀλλ' εἴπερ, συμφέρον· τοῦτο δ' ἧττον ἡδὺ καὶ φιλητόν. 6. ἡδεῖα δ' ἐστὶ τοῦ μὲν παρόντος ἡ ἐνέργεια, τοῦ δὲ μέλλοντος ἡ ἐλπίς, τοῦ δὲ γεγενημένου ἡ μνήμη· ἥδιστον δὲ τὸ κατὰ τὴν ἐνέργειαν, καὶ φιλητὸν ὁμοίως.

§. 4. *τὸ εὖ πεπονθός* · cf. VIII, 8, 3 (τὰ ἑαυτῶν).

ἐσμὲν δ' ἐνεργείᾳ. Eth. N. I, 7, 14 ἀνθρώπου τίθεμεν ἔργον ζωήν τινα, ταύτην δὲ ψυχῆς ἐνέργειαν καὶ πράξεις μετὰ λόγου. — Cic. N. D. II, 16, 44 mihi enim qui nihil agit esse omnino non videtur.

ἐνεργείᾳ δὴ ὁ ποιήσας — ἔστι πως · ὁ ποιήσας τὸ ἔργον ἔστι τρόπον τινὰ διὰ τὴν ἐνέργειαν. Coraes. Nullo modo hoc loco audiendus Hegelius.

ὃ γάρ ἐστι δυνάμει κτλ. Quod quid potentiâ est, hoc actu et realitate ostendit et declarat opus effectum. Quae enim in rebus maxime metaphysicis adhibet principia τῆς δυνάμεως (*possibilitatis, potentiae, facultatis*) et τῆς ἐνεργείας (*actus, operationis, realitatis*), eadem etiam in ethicis Aristoteles usurpat. Ita huius quidem loci sensus hic est : homo beneficus *potentiâ* vel *facultate* (δυνάμει) est beneficus, quamdiu e. gr. dormit vel quâlibet causâ, ne beneficia in altero collocet, impeditur : idem *actu* (ἐνεργείᾳ) est beneficus, ubi vere bene alicui facit : bene eum fecisse huius, qui beneficii fructum tulit, conditiones testificantur. Ceterum cfr. Trendelenburg. ad Ar. de An. II, 1, p. 295 seqq.; Zeller. in l. die Phil. d. Griechen II, p. 412.

§. 5. *τῷ μὲν εὐεργέτῃ — συμφέρον* · ὁ εὐεργέτης ἑαυτοῦ γίγνεται βελτίων, εὐεργετῶν, καὶ ἀγαθόν ἐστιν (p. 7 καλόν) αὐτῷ τὸ εὐεργετεῖν · διὰ τοῦτο χαίρει τῷ εὖ πάσχοντι, ὅτι ἐν αὐτῷ θεωρεῖ τὸ ἑαυτοῦ ἀγαθόν. ὁ δὲ εὖ πάσχων οὐ γίγνεται βελτίων ἑαυτοῦ τῷ πάσχειν, οὐδὲ ἐν τῷ εὐεργέτῃ ἔχει τι ἀγαθόν, ἀλλ' εἴ τι ἔστιν ἡδὺ αὐτῷ ἐν τῷ εὐεργέτῃ, οὐκ ἀγαθόν ἐστιν αὐτοῦ, ἀλλὰ συμφέρον. Paraphr. De coniunctione εἴπερ vide p. 13.

§. 6. *ἥδιστον τὸ κατὰ τὴν ἐνέργειαν.* Eth. N. X, 5, 6 καθ' ἑκάστην ἐνέργειαν οἰκεία ἡδονή ἐστιν coll. IX, 4, 11.

τῷ μὲν οὖν πεποιηκότι μένει τὸ ἔργον (τὸ καλὸν γὰρ πολυχρόνιον), τῷ δὲ παθόντι τὸ χρήσιμον παροίχεται. ἥ τε μνήμη τῶν μὲν καλῶν ἡδεῖα, τῶν δὲ χρησίμων οὐ πάνυ ἢ ἧττον· ἡ προσδοκία δ' ἀνάπαλιν ἔχειν ἔοικεν.

Καὶ ἡ μὲν φίλησις ποιήσει ἔοικεν, τὸ δὲ φιλεῖσθαι τῷ πάσχειν· τοῖς ὑπερέχουσι δὴ περὶ τὴν πρᾶξιν ἕπεται τὸ φιλεῖν καὶ τὰ φιλικά.

7. Ἔτι δὲ τὰ ἐπιπόνως γενόμενα πάντες μᾶλλον στέργουσιν, οἷον καὶ τὰ χρήματα οἱ κτησάμενοι τῶν παραλαβόντων· δοκεῖ δὴ τὸ εὖ μὲν πάσχειν ἄπονον εἶναι· τὸ δ' εὖ ποιεῖν ἐργῶδες· διὰ ταῦτα δὲ καὶ αἱ μητέρες φιλοτεκνότεραι· ἐπιπονωτέρα γὰρ ἡ γέννησις, καὶ μᾶλλον ἴσασιν ὅτι αὐτῶν· δόξειε δ' ἂν τοῦτο καὶ τοῖς εὐεργέταις οἰκεῖον εἶναι.

ἥ τε μνήμη κτλ. Cf. IX, 4, 5.

ἡ προσδοκία δὲ κτλ. Futura quum finguntur, utilium iucundior quam honestorum exspectatio est. Nam utilia, cui sint usui, longe ante intelligitur : honestorum quae voluptas sit, nisi qui usu (in quo consistunt honesta) cognovit, animo persentiscere non potest.

τοῖς ὑπερέχουσι περὶ τὴν πρᾶξιν· δηλονότι τοῖς εὐεργέταις. Paraphr. Cf. Eth. N. IV, 3, 25 ἐλάττων ὁ παθὼν εὖ τοῦ ποιήσαντος. Verba τὸ φιλεῖν desunt a cod. K^b.

§. 7. οἱ κτησάμενοι· οὗτοί εἰσιν οἱ πόνῳ καὶ ταλαιπορίᾳ συλλεξάμενοι. οἱ παραλαβόντες· οἱ παραλαβόντες χρήματα ἀπὸ γονέων ἢ φίλων ἢ ὁθενοῦν. Schol. Eth. N. IV, 1, 20 ἐλευθεριώτεροι εἶναι δοκοῦσιν οἱ μὴ κτησάμενοι, ἀλλὰ παραλαβόντες τὴν οὐσίαν coll. Plat. Rep. I, p. 330, c.

τὸ εὖ μὲν πάσχειν. Ita codd. habent K^b L^b M^b, auxiliante etiam vitioso illo codicis Vrat. τὸ εὖ μὲν ποιεῖν.

φιλοτεκνότεραι· μᾶλλον φιλοῦσιν αἱ μητέρες τῶν πατέρων, ut ait Eud. Eth. VII, 8, p. 1241, b, 7. Cf. Plut. de am. prol. 3.

ἐπιπονωτέρα· ἢ ἡ μῖξις. Schol. — Eur. Phoen. 355 :

δεινὸν γυναιξὶν αἱ δι' ὠδίνων γοναί,
καὶ φιλότεκνόν πως πᾶν γυναικεῖον γένος.

τοῦτο· et gratificatio cum labore coniuncta et collati beneficii conscientia. Nam etiam clanculum, latente accipientem auctore, conferri beneficium potest.

Cap. VIII. ARGUMENTUM. *Utrum se ipsum quis, an alios summo amore complecti debeat, de eo cap. VIII quaestio asseritur. Namque sui*

Cap. VIII. Ἀπορεῖται δὲ καὶ πότερον δεῖ φιλεῖν ἑαυτὸν μάλιστα ἢ ἄλλον τινά· ἐπιτιμῶσι γὰρ τοῖς ἑαυτοὺς μάλιστα ἀγαπῶσι, καὶ ὡς ἐν αἰσχρῷ φιλαύτους ἀποκαλοῦσι, δοκεῖ τε ὁ μὲν φαῦλος ἑαυτοῦ χάριν πάντα πράττειν, καὶ ὅσῳ ἂν μοχθηρότερος ᾖ, τοσούτῳ μᾶλλον· ἐγκαλοῦσι δὴ αὐτῷ οἷον ὅτι οὐθὲν ἀφ' ἑαυτοῦ πράττει· ὁ δ' ἐπιεικὴς διὰ τὸ καλόν,

cupiditas (φιλαυτία) quum sint a quibus reprehendatur (§. 1), eadem tamen habet, a quibus commendetur (§. 2). Cuius litis causa quum in nominis (φιλαυτίας) posita ambiguitate sit, et alio modo ab his, qui vituperant, alio ab his, qui laudant, sui amans (φίλαυτος) sumatur, de ipso nomine explicandum est utroque versum (§. 3). I. Und ex parte hi, qui in rebus externis (iucundis et utilibus) nimium sibi tribuunt, sui diligentes quum nominantur, hanc esse pestilentem et castigandam φιλαυτίαν, apertum est (§. 4). II. At ex parte alterâ hi, qui rerum honestarum virtutisque sunt studiosi, quum sui cupidi vocantur, hanc esse salutarem et commendandam φιλαυτίαν, perspicuum est (§. 5—7). Eapropter amantem esse sui hominem probum aequum est, hominem pravum iniquum est, quia civibus hic quidem nocet, prodest ille (§. 7—8). Minime vero ex hoc, quod aliorum causâ vir honestus facta edit, eundem non esse sui studiosum sequitur. Nam patriam quum, neglectis rebus suis, iuvat amicosque, externa his largiendo quaerit sibi aeterna : ut interdum ad recte facta amicum impellens, horum auctorem honestius sibi ducat esse quam actorem (§. 9—10). His igitur rationibus amantem esse sui honestum est : vulgi opinionibus, turpe (§. 11).

ἀπορεῖται κτλ. M. M. II, 13, p. 1212, a, 28. Plat. legg. V, p. 731, e.

ὡς ἐν αἰσχρῷ. αἰσχρόν quid sit ex his, quae p. 12 (ἀγαθόν) diximus, intelligitur. De dictione ἐν αἰσχρῷ cf. Matth. gr. gr. §. 577; Krueger. I, II, p. 4, n. 5; Kuehner. §. 600, 1, a. Eur. Phoen. 1276 οὐκ ἐν αἰσχύνῃ τὰ σά. Xen. Symp. II, 1 ὡς ἐν θαύματι ἀργύριον ἐλάμβανε. Eur. Suppl. 151; Thuc. V, 46; Ar. Eth. N. III, 1, 13; Herm. ad Luc. de conscr. hist. p. 206. — Mox οἷον (οἷον ὅτι) a cod. K[b] et Interpr. vet. fultum sustinetur.

οὐδὲν ἀφ' ἑαυτοῦ πράττει· quod nihil agat a suis rationibus et commodis alienum (ut recte Lamb.), quod suâ causâ omnia, nihil aliorum causâ suscipiat. M. M. II, 13, p. 1212, a, 31 ὁ φαῦλος αὑτοῦ ἕνεκεν πάντα πράττει. Cf. Demosth. Timocr. p. 701, 24 a Cardw. citatum : ἔσται δὲ ταῦτ' οὐκ ἀπὸ τοῦ πράγματος· non erit a re (Plaut. Capt. II, 2, 88 ubi vid. Taubm.) Aelian. H. A. XII, 34, p. 281, 3 ταῦτα εἰπεῖν οὐκ ἔστιν ἀπὸ Μούσης coll. XII, 6, p. 267, 9. Cur ἀπό scribam, non ἄπο, docebit Matth. gr. gr. §. 573, s, quem utique consulas et Bernhard. synt. p. 221; Krueger. I, II, p. 288, n. 1.

ὁ δ' ἐπιεικής· πάντα πράττει. Paraphr. Cf. supra p. 75 (ἀλλ' ἐὰν ᾖ χαρίεις) et Eth. N. III, 5, 17.

καὶ ὅσῳ ἂν βελτίων ᾖ, μᾶλλον διὰ τὸ καλόν, καὶ φίλου ἕνεκα· τὸ δ' αὑτοῦ παρίησιν.

2. Τοῖς λόγοις δὲ τούτοις τὰ ἔργα διαφωνεῖ, οὐκ ἀλόγως. φασὶ γὰρ δεῖν φιλεῖν μάλιστα τὸν μάλιστα φίλον, φίλος δὲ μάλιστα ὁ βουλόμενος ᾧ βούλεται τἀγαθὰ ἐκείνου ἕνεκα, καὶ εἰ μηθεὶς εἴσεται. ταῦτα δ' ὑπάρχει μάλιστ' αὐτῷ πρὸς αὑτόν, καὶ τὰ λοιπὰ δὴ πάνθ' οἷς ὁ φίλος ὁρίζεται· εἴρηται γὰρ ὅτι ἀπ' αὐτοῦ πάντα τὰ φιλικὰ καὶ πρὸς τοὺς ἄλλους διήκει· καὶ αἱ παροιμίαι δὲ πᾶσαι ὁμογνωμονοῦσιν, οἷον τὸ

καὶ φίλου ἕνεκα. Cic. Lael. XVI, 57 quam multa enim, quae nostrâ causâ nunquam faceremus, facimus causâ amicorum! — multaeque res sunt, in quibus de suis commodis viri boni multa detrahunt detrahique patiuntur, ut iis amici potius quam ipsi fruantur.

§. 2. *τοῖς λόγοις τούτοις·* δι' οὓς δοκεῖ μὴ δεῖν μάλιστα πάντων φιλεῖν ἑαυτόν.

τὰ ἔργα διαφωνεῖ. Cf. IX, 10, 6 et Eth. N. X, 1, 3 ὅταν διαφωνῶσιν οἱ λόγοι τοῖς κατὰ τὴν αἴσθησιν. Eth. N. X, 8, 12 συναδόντων τῶν προειρημένων τοῖς ἔργοις, ἀποδεκτέον· διαφωνούντων δέ, λόγους ὑπολ-ηπτέον. Eth. N. I, 6, 15. I, 8, 1.

ὁ βουλόμενος ᾧ β. Cod. K[b], teste Bekk., atque El., teste Wilk., ἢ ᾧ βούλεται, sensu quidem nullo, sed utili errore occupat. Nam aut fallor, aut ἢ illud per compendium scriptum fuit ἤγουν, quo verba ᾧ βούλεται fuere ad participium ὁ βουλόμενος explicandum adspersa: ut antiquitus hoc fuisse scriptum, φίλος δὲ μάλιστα ὁ βουλόμενος τἀγαθὰ ἐκείνου ἕνεκα, cui superiora VIII, 2, 3 conferas, colligam. Quae suspicio maxime eo, quod in codd. Vrat. CCC. L[b] Interpr. vet. ante voc. βούλεται iteratur μάλιστα, videtur confirmari.

καὶ εἰ μηθεὶς εἴσεται. De particulis καὶ εἰ disputavit Sauppius ad Dem. Ol. II, p. 23, §. 20. Giphanius quod coniectavit, pro verbis μηθεὶς εἴσεται scriptum μηθὲν οἴσεται fuisse, id superioribus VIII, 2, 4 commendatur. Similitudo est hercle illorum Cic. fin. II, 24, 78: quid autem est amare, nisi velle bonis aliquem affici quam maximis, etiam si ad se nihil ex iis redeat?

εἴρηται· IX, 4, 1.

ὁμογνωμονοῦσιν· in eo, ut omnia, quae propria amicitiae sint, a nobismet profecta ipsis ad alios redundare, et φιλίαν esse φιλαυτίαν quandam cum aliis communicatam, aliquis existimet, recitanda proverbia consentiunt.

μία ψυχή, καὶ *κοινὰ τὰ φίλων*, καὶ *ἰσότης φιλότης*, καὶ *γόνυ κνήμης ἔγγιον*· πάντα γὰρ ταῦτα πρὸς αὑτὸν μάλιστ' ἂν ὑπάρχοι· μάλιστα γὰρ φίλος αὑτῷ, καὶ φιλητέον δὴ μάλισθ' ἑαυτόν. ἀπορεῖται δ' εἰκότως ποτέροις χρεὼν ἕπεσθαι, ἀμφοῖν ἐχόντοιν τὸ πιστόν. 3. ἴσως οὖν τοὺς τοιούτους δεῖ τῶν λόγων διαιρεῖν καὶ διορίζειν ἐφ' ὅσον ἑκάτεροι καὶ πῇ ἀληθεύουσιν.

Εἰ δὴ λάβοιμεν τὸ φίλαυτον πῶς ἑκάτεροι λέγουσι, τάχ' ἂν γένοιτο δῆλον.

4. Οἱ μὲν [οὖν] εἰς ὄνειδος ἄγοντες αὐτὸ φιλαύτους

μία ψυχή. Diog. L. V, 1, 11, 20. Cic. off. I, 17, 56 in quibus eadem studia sunt eaedemque voluntates, in iis fit, ut aeque quisque altero delectetur ac se ipso, efficiturque id, quod Pythagoras vult in amicitiâ, ut *unus fiat ex pluribus*. Cf. Eur. Or. 1039. Hor. Od. II, 17, 5; I, 3, 8 ibique Mitscherl. Tibull. IV, 4, 21 ibique Dissen. Ovid. Trist. IV, 4, 72: qui duo corporibus, mentibus unus erant.

κοινὰ τὰ φίλων. Cf. VIII, 9, 1.

ἰσότης φιλότης. Cf. VIII, 5, 5.

γόνυ κνήμης ἔγγιον. Theocr. XVI, 18, ubi vide Kiessling. Cic. fam. XVI, 23, ibique Manut. Plaut. Trin. V, 2, 30 tunica propior pallio est. Ter. Andr. IV, 1, 12 proximus sum egomet mihi. — Paullo infra *μάλιστ' ἂν ὑπάρχοι* verba pro *μάλισθ' ὑπάρχει* e codd. Kb Mb postliminio redire volui.

ποτέροις· sententiisne §. 1 an sententiis §. 2 prolatis. *τὸ πιστόν*· cf. VIII, 1, 2 (τὸ ἀναμάρτητον).

§. 3. *διαιρεῖν.* Vide p. 38 (οἱ δ' ἐν ταῖς ἐξ. κτλ.).

εἰ δὴ λάβοιμεν. λαβεῖν eâdem translatione, quâ barbari loquimur das Wort (in dieser oder jener Bedeutung) nehmen, in Betracht nehmen, fassen, de re usurpatur animo contemplandâ, considerandâ, perpendendâ: id quod Polyb. II, 35, 8 πρὸ ὀφθαλμῶν λαβεῖν dicit. Ar. Eth. N. V, 1, 8 εἰλήφθω ὁ ἄδικος ποσαχῶς λέγεται. Rhet. I, 5, p. 1360, a, 7 παραδείγματος χάριν λάβωμεν τί ἐστιν ἡ εὐδαιμονία. Ibid. a, 30. Anal. post. I, 4, p. 73, a, 24; Probl. XVII, 3, p. 916, a, 18; Poet. 14, p. 1453, b, 15.

§. 4. *μὲν [οὖν].* οὖν particulam codd. praetermittunt Kb Mb: neque casu, credo: cf. Krueger. gr. gr. I, II, p. 224, n. 11 et ad Xen. Anab. I, 10, 18; Hermann. opusc. VI, p. 18; Funkhaenel. quaestt. Dem. p. 36.

εἰς ὄνειδος ἄγοντες. Polyb. XXVII, 13, 13 τοῦ Χάροπος πᾶν παρὰ τὴν Ῥωμαίων βούλησιν γιγνόμενον εἰς ἐθελοκάκησιν ἄγοντος. Diod. S. I, 67 τοὺς ἐγχωρίους ἀτιμότερον ἄγοντες, popularibus neglectius habitis. Cf. etiam Eth. N. I, 8, 17. X, 6, 2. IV, 4, 4. Sall. Iug. LXXXV, 26 non placuit reticere, ne quis modestiam *in* conscientiam *duceret*.

καλοῦσι τοὺς ἑαυτοῖς ἀπονέμοντας τὸ πλεῖον ἐν χρήμασι καὶ τιμαῖς καὶ ἡδοναῖς ταῖς σωματικαῖς· τούτων γὰρ οἱ πολλοὶ ὀρέγονται καὶ ἐσπουδάκασι περὶ αὐτὰ ὡς ἄριστα ὄντα, διὸ καὶ περιμάχητά ἐστιν. οἱ δὴ περὶ ταῦτα πλεονέκται χαρίζονται ταῖς ἐπιθυμίαις καὶ ὅλως τοῖς πάθεσι καὶ τῷ ἀλόγῳ τῆς ψυχῆς. τοιοῦτοι δ' εἰσὶν οἱ πολλοί· διὸ καὶ ἡ προσηγορία γεγένηται ἀπὸ τοῦ πολλοῦ φαύλου ὄντος. δικαίως δὴ τοῖς οὕτω φιλαύτοις ὀνειδίζεται.

5. *Ὅτι δὲ τοὺς τὰ τοιαῦθ' αὑτοῖς ἀπονέμοντας εἰώθασι λέγειν οἱ πολλοὶ φιλαύτους, οὐκ ἄδηλον· εἰ γάρ τις ἀεὶ σπουδάζοι τὰ δίκαια πράττειν αὐτὸς μάλιστα πάντων ἢ τὰ σώφρονα ἢ ὁποιαοῦν ἄλλα τῶν κατὰ τὰς ἀρετάς, καὶ ὅλως ἀεὶ τὸ καλὸν ἑαυτῷ περιποιοῖτο, οὐθεὶς ἐρεῖ τοῦτον φίλαυτον οὐδὲ ψέξει.* 6. *δόξειε δ' ἂν ὁ τοιοῦτος μᾶλλον εἶναι φίλαυτος· ἀπονέμει γοῦν ἑαυτῷ τὰ κάλλιστα καὶ μάλιστ' ἀγαθά, καὶ χαρίζεται ἑαυτοῦ τῷ κυριωτάτῳ, καὶ πάντα τούτῳ πείθεται. ὥσπερ δὲ καὶ πόλις τὸ κυριώτατον μάλιστ' εἶναι δοκεῖ καὶ πᾶν ἄλλο σύστημα, οὕτω καὶ ἄνθρωπος· καὶ φίλαυτος δὴ μάλιστα ὁ τοῦτο ἀγαπῶν καὶ τούτῳ χαριζόμενος. καὶ ἐγκρατὴς δὲ καὶ ἀκρατὴς λέγεται τῷ κρατεῖν τὸν νοῦν ἢ μή, ὡς τούτου ἑκάστου ὄντος· καὶ πεπραγέναι δοκοῦ-*

τῷ ἀλόγῳ τῆς ψυχῆς. Vide IX, 4, 3.

ὀνειδίζεται. Ar. Pol. II, 5, p. 1263, b, 2 *τὸ φίλαυτον εἶναι ψέγεται δικαίως.*

§. 6. *μᾶλλον εἶναι.* Cod. L^b inverso ordine verba exhibet : ut nos dedimus, ita reliqui codd. Bekk., quamquam de cod. K^b tacite dissentiente Cardwello.

γοῦν· cf. VIII, 9, 1. *τῷ κυριωτάτῳ·* cf. IX, 4, 3.

ὥσπερ δὲ καὶ πόλις κτλ. A potiori fit denominatio. Ita in civitate (quae est civium in societatem vitae coniunctio) vera civitas pars ea, penes quam est principatus summus (*τὸ κύριον*, optimates in aristocratiâ, rex in regno), appellatur (Polit. III, 7, p. 1279, a, 26) : idemque in quâvis aliâ coagmentatione vel congregatione (*καὶ πᾶν ἄλλο σύστημα*) usu venit, ut in exercitu penes ducem summa esse rerum iudicatur : Soph. Phil. 386 *πόλις γάρ ἐστι πᾶσα τῶν ἡγουμένων, στρατός τε σύμπας* : perinde homo ex partibus quum constet pluribus, a parte potissimâ, mente, verus homo dicitur.

τῷ κρατεῖν τὸν νοῦν ἢ μή· οὐ τῷ ἁπλῶς κρατεῖν ἢ κρατεῖσθαι,

σιν αὐτοὶ καὶ ἑκουσίως τὰ μετὰ λόγου μάλιστα. ὅτι μὲν οὖν τοῦθ' ἕκαστός ἐστιν ἢ μάλιστα, οὐκ ἄδηλον, καὶ ὅτι ὁ ἐπιεικὴς μάλιστα τοῦτ' ἀγαπᾷ. διὸ φίλαυτος μάλιστ' ἂν εἴη, καθ' ἕτερον εἶδος τοῦ ὀνειδιζομένου, καὶ διαφέρων τοσοῦτον, ὅσον τὸ κατὰ λόγον ζῆν τοῦ κατὰ πάθος, καὶ ὀρέγεσθαι ἢ τοῦ καλοῦ ἢ τοῦ δοκοῦντος συμφέρειν.

7. Τοὺς μὲν οὖν περὶ τὰς καλὰς πράξεις διαφερόντως σπουδάζοντας πάντες ἀποδέχονται καὶ ἐπαινοῦσιν. πάντων δὲ ἁμιλλωμένων πρὸς τὸ καλὸν καὶ διατεινομένων τὰ κάλλιστα πράττειν, κοινῇ τ' ἂν πάντ' εἴη τὰ δέοντα καὶ ἰδίᾳ ἑκάστῳ τὰ μέγιστα τῶν ἀγαθῶν, εἴπερ ἡ ἀρετὴ τοιοῦτόν ἐστιν. ὥστε τὸν μὲν ἀγαθὸν δεῖ φίλαυτον εἶναι· καὶ γὰρ αὐτὸς ὀνήσεται τὰ καλὰ πράττων καὶ τοὺς ἄλλους ὠφελήσει· τὸν δὲ μοχθηρὸν οὐ δεῖ· βλάψει γὰρ καὶ ἑαυτὸν καὶ τοὺς πέλας, φαύλοις πάθεσιν ἑπόμενος.

8. Τῷ μοχθηρῷ μὲν οὖν διαφωνεῖ ἃ δεῖ πράττειν καὶ ἃ πράττει· ὁ δὲ ἐπιεικὴς ἃ δεῖ, ταῦτα καὶ πράττει· πᾶς

ἀλλὰ τῷ τὸν νοῦν ἢ ἄρχειν τῶν παθῶν ἢ ἄρχεσθαι· ὥστε τοῦ μὲν νοῦ κρατοῦντος, αὐτός τις λέγεται κρατεῖν. Paraphr. — τοῦτο (id quod codd. K^b M^b N^b O^b scripsi auctoritate) *illud* quod vocamus mentem, τὸ νοοῦν, auctor intelligi vult : cf. proxima et IX, 4, 3—4.

ἑκουσίως. Eth. N. III, 1, 20 ὄντος ἀκουσίου τοῦ βίᾳ καὶ δι' ἄγνοιαν, τὸ ἑκούσιον δόξειεν ἂν εἶναι, οὗ ἡ ἀρχὴ ἐν αὐτῷ, εἰδότι τὰ καθ' ἕκαστα ἐν οἷς ἡ πρᾶξις.

ἢ μάλιστα. De his verbis supra IX, 4, 3 sententiam pronuntiavimus.

καθ' ἕτερον εἶδος· κατὰ τὸ καλόν, inquit auctor M. M. II, 13, p. 1212, b, 4. — De gignendi casu a voc. ἕτερος suspenso cf. Matth. gr. gr. §. 366; Rost. §. 108, not. 19; Kuehner. §. 513, 4. Eth. N. III, 1, 14. X, 3, 10. 11. Brut. et Cass. apud Cic. ad fam. XI, 2, 2 nos spectasse otium nec quidquam aliud libertate communi quaesisse exitus declarat.

κατὰ πάθος· vide VIII, 5, 5. — Voculam ἢ ante τοῦ καλοῦ incolumem servant codd. K^b M^b, Schol., Interpres vet., Argyrop.

§. 7. ἀποδέχονται· cf. VIII, 3, 8 : ἁμιλλᾶσθαι· VIII, 13, 2 : διατείνεσθαι· IX, 4, 10. — Sall. Cat. 54 Cato non divitiis cum divite, neque factione cum factioso : sed cum strenuo virtute, cum modesto pudore, cum innocente abstinentiâ certabat : esse, quam videri, bonus malebat.

§. 8. ἃ δεῖ πράττειν. Errori nisi in hoc loco locus esset proclivis, reposuissem ea, quae adstipulante cod. M^b habet cod. K^b : διαφωνεῖ ἃ δεῖ καὶ ἃ πράττει· ὁ δ' ἐπιεικὴς ταῦτα, ἃ δεῖ, ἀεὶ πράττει.

γὰρ νοῦς αἱρεῖται τὸ βέλτιστον ἑαυτῷ, ὁ δ' ἐπιεικὴς πειθαρχεῖ τῷ νῷ.

9. Ἀληθὲς δὲ περὶ τοῦ σπουδαίου καὶ τὸ τῶν φίλων ἕνεκα πολλὰ πράττειν καὶ τῆς πατρίδος, κἂν δέῃ ὑπεραποθνήσκειν· προήσεται γὰρ καὶ χρήματα, καὶ τιμὰς καὶ ὅλως τὰ περιμάχητα ἀγαθά, περιποιούμενος ἑαυτῷ τὸ καλόν· ὀλίγον γὰρ χρόνον ἡσθῆναι σφόδρα μᾶλλον ἕλοιτ' ἂν ἢ πολὺν ἠρέμα, καὶ βιῶσαι καλῶς ἐνιαυτὸν ἢ πόλλ' ἔτη τυχόντως, καὶ μίαν πρᾶξιν καλὴν καὶ μεγάλην ἢ πολλὰς καὶ μικράς. τοῖς δ' ὑπεραποθνήσκουσι τοῦτ' ἴσως συμβαίνει· αἱροῦνται δὴ μέγα καλὸν ἑαυτοῖς. καὶ χρήματα πρόοιντ' ἂν ἐφ' ᾧ πλείονα λήψονται οἱ φίλοι· γίγνεται γὰρ τῷ μὲν φίλῳ χρήματα, αὐτῷ δὲ τὸ καλόν· τὸ δὴ μεῖζον ἀγαθὸν ἑαυτῷ ἀπονέμει. 10. καὶ περὶ τιμὰς δὲ καὶ ἀρχὰς ὁ

§. 9. *ἀληθὲς δὲ κτλ.* His ad ea, quae §. 1 dicta erant, oratio revocatur. Tametsi amicorum temporibus, suis neglectis rebus, prolixe homo inservit iustus : idem tamen, haec dum sequitur, se ipsum amare reperitur. Proxima Interpres vet. sic expressit : »et amicorum gratiâ multa agere et pati et si oporteat mori« : ut pro *τῆς πατρίδος* legisse *πάσχειν* videatur : id quod quum §. 1 contentio, tum rerum tenor omnium vehementer commendat : vide de dictione *πάντα* vel *πολλὰ πράττειν καὶ πάσχειν* Dissen. ad Dom. Cor. comm. p. 304. Hor. Od. III, 24, 43 »quidvis et facere et pati.«

κἂν δέῃ ὑπεραποθνήσκειν. Hor. Od. IV, 9, 51 :

Non ille pro caris amicis
Aut patriâ timidus perire.

προήσεται γὰρ κτλ. M. M. II, 13, p. 1212, a, 36 et II, 14, p. 1212, b, 17.

ἡσθῆναι σφόδρα · *τὴν ἀγαθὴν καὶ ἐπαινετὴν ἡδονήν.* Paraphr.

ἐνιαυτόν. Cic. Tusc. V, 2, 5 : est autem unus dies, bene ex praeceptis sapientiae actus, peccanti immortalitati anteponendus.

τυχόντως · cf. IX, 9, 3 (*καὶ τῶν τυχόντων*) : *μίαν πρᾶξιν* · VIII, 9, 1 (*ὀρθῶς*). De re cf. etiam Eth. N. IV, 3, 23.

χρήματα πρόοιντ' ἄν · nam liberalem esse honestum est : Eth. N. II, 7, 4. Cic. off. III, 5, 24.

ἐφ' ᾧ. Matth. gr. gr. §. 479, a ; Rost. §. 122, 9, adnot. 2 ; Kuehner. §. 828, 2. — *πλείονα* esse scribendum Krischius eo loco, quem p. 3 indicavimus, demonstrat.

§. 10. *περὶ τιμὰς δέ.* Cod. K[b] M[b] pro *δέ* offerunt *δή*.

αὐτὸς τρόπος· πάντα γὰρ τῷ φίλῳ ταῦτα προήσεται· καλὸν γὰρ αὐτῷ τοῦτο καὶ ἐπαινετόν. εἰκότως δὴ δοκεῖ σπουδαῖος εἶναι, ἀντὶ πάντων αἱρούμενος τὸ καλόν. ἐνδέχεται δὲ καὶ πράξεις τῷ φίλῳ προΐεσθαι, καὶ εἶναι κάλλιον τοῦ αὐτὸν πρᾶξαι τὸ αἴτιον τῷ φίλῳ γενέσθαι.

11. Ἐν πᾶσι δὴ τοῖς ἐπαινετοῖς ὁ σπουδαῖος φαίνεται ἑαυτῷ τοῦ καλοῦ πλέον νέμων.

Οὕτω μὲν οὖν φίλαυτον εἶναι δεῖ, καθάπερ εἴρηται· ὡς δ' οἱ πολλοί, οὐ χρή.

Cap. IX. Ἀμφισβητεῖται δὲ καὶ περὶ τὸν εὐδαίμονα, εἰ δεήσεται φίλων ἢ μή. οὐθὲν γάρ φασι δεῖν φίλων τοῖς

ἐνδέχεται δὲ καὶ κτλ. καὶ πράξεις δὲ σπουδαίας ἐνίοτε προΐεται τῷ φίλῳ, καὶ ἐξὸν αὐτὸν πράττειν, ἐκείνῳ τῆς φιλοτιμίας παραχωρεῖ, καὶ τηνικαῦτα δὲ τὸ μεῖζον ἀγαθὸν ἑαυτῷ ἀπονέμει· κάλλιον γὰρ κτλ. Paraphr. Eth. N. III, 3, 13 τὰ διὰ τῶν φίλων δι' ἡμῶν πώς ἐστιν· ἡ γὰρ ἀρχὴ ἐν ἡμῖν.

§. 11. φίλαυτον εἶναι δεῖ. Ita Bekkero duce verba collocavi : cuius inter codd. solus L^b δεῖ φίλαυτον εἶναι prae se fert.

Cap. IX, 1—3. ARGUMENTUM. *Viri beati vitam amicorum usu instructam ornatamque esse oportere, in omni huius capitis quaestione explicatur. Quod qui negant, eorum argumenta §. 1 prolata deinceps ordine confutantur et ad absurdum deducuntur (§. 2—3). Nam creditur beatus talis, cui bonorum desit nihil. Cui autem bona omnia tribuas, is, detractâ amicitiâ, primum bono eo, quod est inter bona externa potissimum, orbaretur: deinde, quum honestus idem fingatur, virtutis munia obeundi occasione honestissimâ spoliaretur (§. 2): denique, quum homo idem habeatur, homo autem animal sit naturâ suâ congregabile, solitarius factus, humanitate exueretur (§. 3).*

ἀμφισβητεῖται. Eth. Eud. VII, 12, p. 1244, b, 1; M. M. II, 15, p. 1212, b, 24; Diog. L. II, 8, 13, 98; Senec. ep. IX, 3 seqq.

περὶ τὸν εὐδαίμονα. εὐδαίμων, felix, (distinguendus ille ab εὐτυχεῖ, fortunato, Eth. N. VII, 13, 4) ab Aristotele informatur is, cuius et actiones perfectâ virtute reguntur (unde σπουδαῖος §. 2, ἀγαθός §. 5, ἐπιεικής §. 9 audit), et vita externis bonis ad extremum usque spiritum abunde instructa est : Eth. N. I, 10, 15. Talis homo quum se ipso contentus sit (αὐτάρκης, quâ de voce vide p. 56, cui οἱ ἐνδεεῖς p. 31 sunt contrarii), μακάριος, beatus, pro humanae naturae fragilitate recte potest vocari : Eth. N. I, 10, 16. 14. I, 12, 4. — Verba proxima cum Bekkero ita locavi : δεῖν φίλων, non φίλων δεῖν, quod est in cod. M^b, quodque, dissentiente tamen Bekkero, e cod. K^b Cardwellus exhibuisse videtur.

μακαρίοις καὶ αὐτάρκεσιν· ὑπάρχειν γὰρ αὐτοῖς τἀγαθά· αὐτάρκεις οὖν ὄντας οὐδενὸς προσδεῖσθαι, τὸν δὲ φίλον, ἕτερον αὐτὸν ὄντα, πορίζειν ἃ δι' αὐτοῦ ἀδυνατεῖ· ὅθεν [τὸ]

Ὅταν ὁ δαίμων εὖ διδῷ, τί δεῖ φίλων;

2. *Ἔοικε δ' ἀτόπῳ τὸ πάντ' ἀπονέμοντας τἀγαθὰ τῷ εὐδαίμονι φίλους μὴ ἀποδιδόναι, ὃ δοκεῖ τῶν ἐκτὸς ἀγαθῶν μέγιστον εἶναι.*

Εἴ τε φίλου μᾶλλόν ἐστι τὸ εὖ ποιεῖν ἢ πάσχειν, καὶ ἔστι τοῦ ἀγαθοῦ καὶ τῆς ἀρετῆς τὸ εὐεργετεῖν, κάλλιον δ'

ὑπάρχειν γὰρ αὐτοῖς τἀγαθά. Argyrop. vertit *insunt enim ipsis omnia bona* : ut huius in libro ὑπάρχει γὰρ αὐτοῖς τὰ πάντ' ἀγαθά scriptum fuisse videatur : id quod ex parte confirmat cod. K^b, ubi, omisso sane αὐτοῖς, legitur ὑπάρχει γὰρ ἀγαθά, personam tertiam ὑπάρχει pro ὑπάρχειν tuentibus etiam codd. L^b M^b et Interprete vet. (fol. 33, a »existunt«). Cf. §. 3.

αὐτάρκεις οὖν ὄντας κτλ. Theodorus ὁ ἄθεος (de quo vide Preller. hist. phil. Gr. Rom. p. 161) apud Diog. L. II, 8, 13, 98 dixisse fertur, τοὺς σοφούς, αὐτάρκεις ὑπάρχοντας, μὴ δεῖσθαι φίλων.

ἕτερον αὐτὸν ὄντα, πορίζειν. Cf. VIII, 12, 3. VIII, 1, 2. — Articulum τό post ὅθεν eliminant codd. K^b L^b M^b Vrat. Par. Zell. edd. vett., calculum addentibus Interprete vet. et Aret. : cf. IX, 10, 1.

Ὅταν ὁ δαίμων κτλ. Eur. Or. 654

— τοὺς φίλους
ἐν τοῖς κακοῖς χρὴ τοῖς φίλοισιν ὠφελεῖν·
ὅταν δ' ὁ δαίμων εὖ διδῷ, τί δεῖ φίλων;
ἀρκεῖ γὰρ αὐτὸς ὁ θεὸς ὠφελεῖν θέλων.

Eth. Eud. VII, 12, p. 1244, b, 4. Plut. de adul. et am. 28.

§. 2. *ὃ δοκεῖ κτλ.* Neutrum genus pronominis ὃ ita interpretare, quasi ante dictum esset τὸ ἔχειν φίλους, ad quod superiora ἀπονέμειν — ἀποδιδόναι lectoris animum advertunt. Cf. Eth. N. III, 1, 11 et IX, 11, 1. De sententiâ contende Eth. N. I, 8, 15; Rhet. I, 5, p. 1360, b, 27. Pro ἀγαθῶν in cod. K^b est ἀγαθόν, id quod per se plausibile, vitio tamen videtur esse scriptum. Interpres vetus in hoc certe exemplo, quo ego utor haec expressit : »quod videtur exterius bonorum maximum esse«, non »et maximum«, ut ait Zellius.

